ANATOMIA

ALEX.

BENEDICTUS

GEORG: VALLA

PLACENTINUS

1527.

T T
I3 9

MEDICAL SOCIETY
OF LONDON

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

ACCESSION NUMBER

PRESS MARK

ALEXANDER BENEDICTUS

65016/A



ALEX
ANDRI BENEDI-
cti physici anatomice ſiue hi
ſtoria corporis humani.

ADIECTVM EST *huic opu*
ſculum Georgij Vallæ Placen. eiuſ-
dem rei ſiue argumenti, elegans ſane
& perutile.

Eucharius excudebat,
AN. M. D. XXVII.



LONDON MEDICAL SOCIETY OF

Ad doctiſſimum integerrimumq́; uiꝝ M. Andream Petræum, artis medicæ cum primis ſtudioſum, necnon generoſi optimæq́; indolis adoleſcentis Philippi ex illuſtri & præclara familia comitum & dominoꝝ à Vueda præceptorem & pædagogum, Iohannis Cæſarij epiſtola, ſiue in ſubſequẽtes duos libellos præfatio.

EN DENVO *in publicum prodit Alexandri Benedicti phyſici anatomice, per me hiſce diebus quàm potuit diligẽtiſſime recognita, idq́; tuo potiſſimũ hortatu Andrea doctiſſime, & mendis interim non paucis (quibus ſcatebat) repurgata, & ſcholijs noſtris paſſim illuſtrata, ſed breuiuſculis: unde & hactenus multis parũ probe intellecta fuit, res alioqui digna quæ ſciatur. Quippe quæ non minus cognitu neceſſaria ijs ſit, qui medendi artẽ addiſcere cupiunt, quàm illis qui ſeſe in lectione hiſtoriarum exercere uolunt, geographia, ſiue (ut ſignificantius dicã) topographia. Qua tamen in re, ut & in alijs bonarum artium ſtudijs, uideo à pleriſq; earum profeſſoribus ordinem ſeruari planè præpoſterum: cum ſi debitus in his tradendis ordo ſeruaretur, iam multo citius, & minore tum rerum, tum temporis diſpendio ad ipſarum artium culmina ſtudioſi illarum peruenirent. Sic qdem eædem*

I3

artes ſuperioribus aliquot ſeculis citra linguarum cognitionem traditæ ſunt, uerum id q̃ infeliciter, nũc in ſeipſis experiuntur, tum qui eas docebant, tum qui ab illis docebantur, & complures quidem ex his ſerò. Sic & per eadem tempora omißis utilioribus ſtudijs, ea tãtum tradebantur, quæ uel parũ prodeſſent ijs qui ea didiciſſent, uel ſi diſcenda erant, non poterant tamen citra illa rite commodeq́; addiſci. Sed ad medicinam redeo. Hæc qdẽ cum digna utiq; ſit, quæ multis efferatur laudibus, ſed quas impræſentiarum breuitatis ſtudio prætereo, uſque adeo tamen indigne hodieq́; traditur & tractatur, ut mirum non ſit, ſi inter mille milia medicorũ ne unus quidem reperiatur, qui id ex ea arte præſtare poßit, quod poſt Hippocratem ipſe Galenus. Quippe qui præterquam q, in ea ipſa arte innumeros propemodum à ſe libros elegantißime ſcriptos reliquit, innumeras quoque fecit morborũ curas, & eas quidem certißimas. Huius ſanè rei ea in primis mihi cauſa eſſe uidetur, q, ad diſcẽdã medẽdi artẽ, oẽs ferè illotis (ut ita dicã) pedibus accedunt. Nam cum ad illam tradẽdam primum requiratur herbarum de facie cognitio, deinde ut ſtudioſus eius artis exacte intelligat, quæ cuiuſq; herbæ uires ſint & tẽperaturæ, poſtremo quo modo inter ſe illæ miſceri temperariq́; debeant, cum iam compoſitiones ex his facere oporteat, quotuſquiſq; hodie ex profeſſoribus ipſis reperitur, qui hanc in arte medica tradenda uiam ordineq́; teneat atq; ſequatur, quin potius contrà ſophiſticis & ſuperuacaneis quæſtionibus interim dũ ab illis traditur, inuoluitur ipſa & implicatur? unde nullus tandẽ

finis expectari poteſt. Itaque non poſſum non probare institutum tuum mi Andrea, qui anteaquam ad medicinæ ſtudium te totum conferres, proponebas tibi, ut in herbarũ cognitione uel mediocriter exercitatus eſſes, tum & anatomicen ſi non ex ipſa corporum diſſectione, quòd ea rariſsime apud nos obtutibus hominum exhibeatur, ſaltem ex lectione utcunque perciperes, eorum præſertim qui de ea re inter latinos non uulgariter, ſed eleganter ſcripſiſſe probantur. Cuiuſmodi eſt hic noſter Alexander, cui adiecimus libellum eiuſdẽ argumẽti, Georgij Vallæ Placentini, non minus quidẽ elegantem, ſed breuiuſculum. Vale, & has noſtras in utrũque autorem lucubratiunculas lubens amplectere, ac ſimul quicquid id eſt quod exhibeo, boni conſule. Coloniæ tertio calendas Aprilis.

LIBRO PRIMO

de utilitate anatomices, de membris ſimilaribus & diſſimilaribus tractatur.

Secũdo, membra naturalia & genitalia continẽtur.

Tertio, ſpiritalia (quæ ſupra ſeptum tranſuerſum habentur) tractanda ſunt.

Quarto, cerebrum & capitis partes, & multorum neruorum ratio deſcribitur.

Quinto, de uenis, arterijs, ſpinæ medulla, muſculis, oßibusq; denarratur.

LIBRO PRIMO HAEC *continentur.*

Præfatio ad D. Maximilianum Cæſarem Aug.

De utilitate anatomices, de cadauere eligendo, deq; theatro temporario cõſtituendo caput. I.

De humani corporis figura & dignitate cap. 2.

De corporis partibus quæ extrinſecus cernuntur, & earum nominibus. cap. 3.

De humorum & membrorum qualitatibus ca. 4

De membrorum functionibus cap. 5.

De oßibus & eorum natura cap. 6

De chartilagine cap. 7.

De neruis cap. 8.

De natura arteriarum & uenarum ca. 9.

De muſculis ſiue lacertis cap. 10.

De omentis cap. 11.

De adipe & medulla ca. 12.

De cute cap. 13.

De unguibus ca. 14.

LIBRI SECVNDI *capita hæc ſunt.*

Præfatio ad amicos cap.1.
De *uentre & umbilico* cap.2.
De *ſumine* cap.3.
De *muſculis uentris* cap.4.
De *peritoneo & omento* cap.5.
De *inteſtinis & primum de aluo* cap.6.
De *colo & cæco inteſtino* cap.7.
De *tribus grandioribus inteſtinis* cap.8.
De *meſenterio & uenis eius* cap.9
De *ſtomacho* cap.10.
De *adipe & pancreo* ca.11.
De *liene* ca.12
De *iecore* cap.13.
De *uenis iocinoris* cap.14.
De *flauæ bilis folliculo* cap.15.
De *renibus* cap.16.
De *uenis ſeminarijs* cad.17.
De *ſemine* cap.18.
De *teſtibus* cap.19
De *ſcorto* cap.20.
De *pene* cap.21.
De *ueſica & eius meatibus* cap.22.
De *mulierum meatibus ſeminarijs* cap.23.
De *locis mulierum* cap.24.
De *menſibus* ca.25.
De *ano* ca.26

LIBRI TERTII CAPITA.

Præfatio ad amicos cap.1.

De membris ſpiritalibus cap.2.
De ſepto tranſuerſo cap.3
De mammis cap.4.
De muſculis pectoris cap.5.
De pleuretica membrana cap.6.
De pulmonibus cap.7.
De trachia arteria cap.8.
De uenis & arterijs in pulmone cap.9.
De cordis principatu ca.10
Quibus magna ſunt corda cap.11.
Quare manus dextra, ſiniſtra accommodatior ſit.ca.12
De cordis uentriculis ca.13.
Quæ in dextro ſpecu cõtineãtur, & de uenis eius.ca.14
De medio cordis domicilio cap.15
De ſpecu ſiniſtro cap.16.
De gula cap.17.
De epiglottide & arteria cap.18.
De tonſillis & uua cap.19.
De palato cap.20.
De lingua cap.21.
De dentibus cap.22.
De labris & gingiuis cap.23.

LIBRO QVARTO hæc deſcribuntur.

De capite cap.1.
De intellectu hominis diuino cap.2.
Quæ cerebro contineantur cap.3.
De capillo cap.4.
De cute capitis ca.5
De exteriori membrana caluariæ cap.6.

De caluaria cap.7.
De ſuturis caluariæ cap.8.
De membranis interioribus cap.9
De cauis cerebri cap.10.
De cerebelli ſinu cap.11.
De tramite medio inter utrunq; ſinum ca.12.
De cæteris cerebri partibus cap.13
De ſeptem neruorum ſyzygijs ſecundum ueteres medicos ca.14
De neruis oculorum ſecundum Ariſtotelem ca.15
Secunda neruorum coniugatio cap.16.
Tertia neruorum ſyzygia cap.17.
Quarta ſyzygia cap.18.
Quinta ſyzygia cap.19.
Sexta neruorum ſyzygia cap.20.
Septima ſyzygia cap.21.
De ſyzygijs alia obſeruatio ca.22.
De reticulo admirabili cap.23.
De capitis oſſe ualidiſſimo cap.24
De oculis cap.25.
De cauſis colorum in oculis ca.26.
Qui oculi acute cernant ca.27.
Quæ uitia oculorum ſint cap.28.
De membranis oculorum cap.29.
De cornea oculi cap.30
De funda oculi cap.31.
Secunda & tertia oculorum tunica cap.32.
Alter numerus membranarum oculi cap.33.
De humoribus qui inter tunicas ſunt cap.34.

De hydloide humore cap. 35.
De cryſtalloide cap. 36.
Quomodo ſuffuſiones manu curentur cap. 37.
De auribus cap. 38.
De naſo cap. 39.
De maxilla inferiore ca. 40.

LIBRO QVINTO hæc narrantur.

De uenis, muſculis, oſsibus, neruis, cum præfatione ad amicos ca. 1.
De ſanguine & ſpiritu cap. 2.
De uena maiori & aorta cap. 3.
De ramis uenæ maioris & aortæ cap. 4.
De uena medij frontis & temporum cap. 5.
De communi uena brachij cap. 6.
De uenis quæ renibus copulantur cap. 7.
De cæteris uenis cap. 8.
De aorta cap. 9.
De arterijs crurum cap. 10
De uenis & arterijs quæ mutuo interſe reſpondēt. ca. 11.
De membris ad quæ ſanguinis uenæ tātum deriuant, ad quæ aorta duntaxat uel utraq; cap. 12.
De fibrarum ratione ca. 13.
De neruorum origine ca. 14
De neruis qui ex ſpinæ medulla oriuntur. cap. 15.
De ceruicis neruis cap. 16.
De lumbis cap. 17.
De muſculis cap. 18.
De muſculis thoracis cap. 19.
De brachiorum muſculis cap. 20.

De dorſi muſculis cap.21.
De crurum muſculis ca.22
De oßibus, & primum de ceruicis uertebris ca.23.
De ſpina cap.24.
De medulla uulnerata & ſpina luxata cap.25.
De ſcoptulis opertis & humero cap.26.
De brachio cap.27.
De manu & eius prolapſu cap.28.
De oßibus inferioribus ca.29
De coxa & pectine ca.30.
De fœmine & eius prolapſu ca.31.
De cruribus & patella ca.32.
De malleolo ſiue talo & eius prolapſu cap.33
De calce & digitis ca.34.
Laus diſſectionis cap.35.

AVTORES QVOS IN HAC HISTORIA ſecuti ſumus, hic prætexuimus, non ingrateq́; eos ſuis locis nominamus, ne in furto deprehendamur manifeſto.

EX GRAECIS:

Hippocrate, Platone, Ariſtotele, Galeno, Polluce, Ruffo, Alexandro Aphrodiſieo.

EX LATINIS:

Lucretio, M. Varrone, M. Cicerone, Cornelio Celſo, C. Plinio, A. Gellio, Macrobio, Lactantio.

QVINTII HAEMILIANI CIMbriaci poetæ hendecaſyllabicon epos in anatomicen Alexandri Benedicti Veronenſis ad lectorem:

QVorſum ſidereos globos nitentes,
Aut tractus pelagi remotiores
Scrutari iuuat, exteramq́; Tulem?
Si quæ ſunt propius, ſuaq́; ſponte
Occurrunt meditulio repoſta,
Ac ſic obuia negligis tueri?
Audi quid tripodes ſacri loquuntur,
Ne erres, ortygos, aure de uapora,
Te ipſum noſcito. Non iubent ſubire,
Qua mundi celeres rotantur orbes,
Fac ſic, & ſapies decem Cleanthas.
Ergo, ut te pariter queas uidere,
Et tanquam in ſpeculo reciprocanti,
Interna omnia membra uiſceratim,
Pæanti legito reſectiones,
Scitas (Iuppiter) & bene expolitas,
Quas ſi legeris, & uidebis intus
Quæ natura oculis negat patere,
Iſtuc tranſpicere, & tueri ad unguem,
Plus eſt, quàm æthereas plagas ſubire,
Metiriq́; animo domos deorum.

ALEXANDER BENEDICTVS VERONENſis phyſicus Maximiliano Cæſ. Aug. Romanorũ regi inuictiſsimo, S. P. D.

HISTORIAM HVMANI corporis, quã ἀνατομικὴν Græci, nos membrorum reſectionẽ uocamus, tibi Maximiliane Cæſar Auguſte dicare conſtitui, opus à philoſophia ad medendi utilitatem conditum, ubi conditoris dei opificium mirabile diuinumq́; perſpicimus, hoc eſt corpus (ut inquit Plato) animæ quaſi uehiculum tẽporarium, unde felices etiam inſpectiones (quas theorias uocant) imagines ſiue phãtaſiæ, cogitationes, memoria, ratioq́; oriantur, conſideramus: pro quibus oculos, aures cæterósque ſenſus in corpore patefecit naturalis ſolertia, ut per eos aditus, ſcientia perueniret ad mentem. Medendi quoque ratio omnis uſusq́; ac chirurgica diſciplina hinc pẽdet. Quando quidam morbi plura membra uel ſingula inuadunt, uel ſi abceſſus innaſcuntur, aut uomica intus latitat, aut uulnera inſeruntur, aut membrum conuellitur, aut luxatur, aut quid ſimile euenit, nihil horũ ſine humani corporis diſſectione recte deprehẽdi poteſt. Ex hac diue imperator, qui religione moribusq́; & doctrina præſtas, deum illum mundi procreatorẽ, rerum oĩm conditorem, ex intima ueluti naturæ contemplatione, et officina arcani operis egrediens, contabundus religioſius ueneraberis, qui nihil otioſum, nihil inane cõfingit.

Et ad mundi uniuerſi habitum facilius oculos conferes, cuius ſpeciẽ puſillus homo refert. Singulatim præterea membrorum omnium potẽtiam cognoſces, eorumq́; nomina tam græca quàm latina, omißis barbaris, percurres, quæ Pollux autor exquiſitiſsimus ad Commodum Cæſarem ſummatim perſecutus eſt. Quæ ſi uidere uolueris (chirurgis horrido reſecandi officio, & medicis, materia ſuo theatrali digna ſpectaculo, relicta) ſubtiliusq́; perſcrutari cuiuſuis particulæ uires uariosq́; effectus, tuæ aliquando licebit maieſtati de naturæ munere effuſim dijudicare. Decuit & Alexandrum magnum, cupidine noſcendi animalium naturas & proprietates, inter tot tantosq́; rerum geſtarum triumphos, inſectorum etiam uires intelligere. In Aegypto (quod maius eſt) reges ipſos, corpora mortuorum ad ſcrutandos morbos inſecare ſolitos, ſcribunt. Hanc philoſophiæ partem, quã medicinæ ars ex diſciplinæ confinio in ſeſe familiarius recepit, tibi dicare decreuimus. Nihil enim maius quod te prĩcipe dignum nobis eſſe uideretur, offerre potuimus, hoc munuſculo tibi litandũ cenſentes, quod religioſe donarijs tuis iamdiu conſecrauimus, quoniam plebs nobilitasq́; non eodem modo deo ſupplicant, adorantium tamen preces pari gratia ſuſcipiuntur, nec carmen compoſitum ruſticæ præfertur garrulitati. Neq; id facimus ut te immortalem mortales reddamus, quippe qui immortalis & diuis ſimillimus genitus es princeps. Nec nobis elaborandum eſt, ut tibi maior gloria comparetur, qui per te humanitate, pietate, abſtinentia, liberalitate, iuſtitiaq́; admirabili, uel teipſum uincendo maximum poſſẽ

Vide ſup hoc Pliniũ lib. 8. hiſtoriæ natur. cap. 16.

des triumphum. Tu ea propter Cæſar Aug. omnium cō ſenſu, & parens reipub. Chriſtianæ ſemper optatus es, & iampridem electus. Itaq; inter laureas coronas, humaniſsime princeps, hos libellos de hiſtoria membrorū hominis, quos latinos pro uirili parte fecimus, ſuſcipias, in qbus non ſine aliquo labore multa annotauimus, quæ à recentioribus prætermiſſa ſunt, qui latinam linguam externis, imò barbaris uocabulis uarijsq; erroribus dedecorarunt, milliaq; uulnerum medicinæ ſtudijs ſua inſcitia intulerunt, quæ iuniorum ætas in tanta rerum caligine miſere ſecuta eſt, & barbariæ flatu præceps impulſa cernitur. Vnde medicinæ nomen à Græcis ad Arabes iamdiu tranſlatū eſt. Quo ſucceſſu, ita Arabica creuit audacia, ut de medicinæ origine palàm cum Græcis contendere audeant. At furta rapinæq; in hac arte præſertim deprehenduntur. Scio pleroſq; priori rubigini aſſuetos, qui hæc ceu inania & ſibi inaudita adunco ſuſpendent naſo. Hi hoc unum ſciant, nos nō ſibi, ſi noſtra diſplicent, ſed tibi princeps humaniſsime, & latinæ linguæ præſtitiſſe. Has itaq; nugas noſtras cum per otium licuerit, leges. Quæ ſi præmaturius ꝙ uolebā editæ ſunt, id in cauſa fuit, ꝙ moræ impatientes, ut te ocyus ſalutarent, abortiendi periculum non extimuerunt. Vale d. Aug. Venetijs M. D. III. Cal. Aug.

ALEXANDRI BENEDICTI VEronenſis, phyſici, hiſtoriæ corporis humani. Liber. I.

De utilitate anatomices, & de cadauere eligendo, deq́; temporario theatro conſtituendo. Caput .I.

NOcentes homines ex carcere acceptos, uiuos reſecaſſe, reges ipſos publicæ ſaluti conſulētes traditum eſt, ut ſpiritu etiam remanēte, naturæ arcana, & quid natura magna ſolertia intra ſe agat, perquirerent, membrorum poſituram, colorem, figuram, magnitudinē, ordinem, proceſſum, receſſumq́; (ex q̄bus multa in defunctis mutant̄) diſtincte magis quàm pie annotarent, ut illatis uulneribus, quid integrum, quid corruptum ſit intelligeretur. At id religio noſtra uetat: qm̄ truculentiſſimum eſt, uel carnifici horroris plenum, ne morituri inter tantos cruciatus deſperatiōe futuræ uitæ ſpem miſere amittāt. Hæc barbari externiq́; ritus, qui excogitarūt faciant, q̄ ea piacula & oſtenta adamāt,

At nos clementius uiuis parcentes, noxiorum cadaueribus intima atq; naturæ arcana indagabim⁹. Obſeruauereq́; priores medici, ut ſi qui ignotis morbis interijſſent, diſſectis cadaueribus, occulta morborum initia perſcrutarentur, ut pari exemplo uiuis prodeſſent. Idem in ſimia ſua facere Galenum non puduit, ignota mortis cauſa: ſicut et nos in morbo gallico fecimus. Hunc reſecãdi modum pontificales conſtitutiões iamprĩdem permiſere, aliàs execratiſſimũ atq; abominabile, ſiue irreligioſum haberetur. Eorum præterea animæ purificationibus pro ritu occurritur, atq; offenſionem eorum ꝑcibus propitiamus. Idq́; ipſi quandoq; uiuentes in cuſtodijs petunt, ut potius medicorum collegijs tradantur, quàm carnificis manu publice trucident̃. Nec hmõi cadauera ſine pontificum conſenſu attingi poſſunt. Ad reſectionem igit̃ ignobiles, ignoti, ex longinquis regiõibus, ſine uicinitatis iniuria, propinquorumq́; nota, iure duntaxat peti poſſunt, ſuſpendioq́; ſtrangulati deliguntur, mediocris ætatis, non gra

Habes eã hiſtoriam apud ipſũ Galenũ, tũ alibi, cũ libro. 5. de locis affectis.

cilis,nõ obeſi corporis,ſtaturæ maioris, ut huberior materia, euidẽtiorq́ʒ ſit ſpectantibus. Ad hoc pergelida hyems requiritur, ne cadauera protinus putrefiant. Loco præterea amplo, perflatili,tẽporarium theatrum conſtituendum eſt, circũcauatis ſedilibus, quale Romæ ac Veronæ cernitur,tantæ magnitudinis, ut ſpectantiũ numero ſatisfaciat:ne uulnerũ magiſtri,qui reſectores ſunt,à multitudine perturbent̃. Hi ſolertes eſſe debent,quíq́ʒ ſæpius reſecauerint. Sedendi ordo pro dignitate diſtribuendus eſt. Ob id præfectus unus eſſe debet,qui omnia ĩtueat̃,ac diſponat. Cuſtodes dandi ſunt,qui ingredientem importunam plebẽ arceant.Quæſtores duo fidi deliguntur,qui ex collectis pecunĳs,neceſſaria cõparent. Ad id nouaculis opus ẽ, cultellis,uncis,terebris,modiolis(chœnicia Græci uocant)ſpõgĳs,quibus ſanguis in ſecando rapiatur,reciſorĳs ac catinis. Funalia præterea ꝑ nocte parata eſſe debẽt. Cadauer uero in medio theatro,editiore ſcamno collocãdum eſt,loco claro,reſectoribus apto,Tempus ad-

eundi ſtatuendum eſt, dum cõuentus dimittitur, ut antequam materia putrefiat, opus penitus abſoluatur. Primumq́ꝫ de humani corpis forma figuraq́ꝫ ac dignitate, pauca percurremus.

De humani corporis figura ac dignitate. Ca. II.

Græcis ἄνθρωπος hõ dictus eſt, παρὰ τὸ ἀνωθρεῖν, ἤγουν βλέπειν, id ẽ, à ſuſpiciendo, ſiue ſurſum uidendo. Autor magni etymologici.

CORpus humanum animæ grã conditum eſt, & inter cætera animalia erectum, ut qđ diuina natura rationeq́ꝫ conſtat, ſurſum commodius ſpectaret. unde nomẽ Græci dedere. Solus homo uim obtinet cogitandi: unus item reminiſcitur: memoriam tamen & diſciplinam (ut inquit Ariſtoteles) cum pluribus animalibus communẽ habet. Membra, officiorum & munerum gratia conſtant, ad quæ ſingula accommodantur: quæ diſſimilaria uocantur. In humano ẽm ſemine calor eſt, tantam talemq́ꝫ habens uim et actionem, ut ſenſim ad quãuis corporis partem accommodetur: et primũ cor conſtituit, qm̃ in eo principium uitæ, ac ſenſus continetur: mox cerebrum & iecur: deinde (quaſi pictoris officio fungat̃) natura cætera membra liniamẽtis deſcribit in humore prolifico,

quæ paulatim colores recipiunt ex ſan-
guine, qui in homine plurimum inueni
tur, et caloris plurimũ excitat, unde cæ
teris erectior eſt, quod facile nõ eſſet, ſi
uaſta corporis moles ſubſideret. Quam
obrẽ caput homini minime carnoſum
eſt, & ſuperiorẽ obtinet ſitum, quo mũ-
di uniuerſi habitum referret, ubi mens
illa diuina habetur. At reliqua animalia
grauiora, caput in terrã depreſſum ha-
bent, quibus natura pro brachijs mani-
busq́ crura priora ſubdidit. At homini
uero brachia & manus emolita eſt, ceu
oĩm aĩalium prudentiſſimo, quibus ad
artes plurimas cõmode uteretur. Ocu-
li in ſuprema capitis pte, totius corpo-
ris cuſtodes ſunt, quoꝝ uices aures in ſo
no retinent: capilloq́ caput ceu uelamẽ
to pro frigore æſtuq́ integit. Superci-
lia addita ſunt ad ſudoris profluuiũ: ci-
liaq́ ad incidentium incõmoda. Naſus
animæ reciprocationẽ reddit, de eſculẽ
tisq́ prior dijudicat. Quinetiam genaꝝ
oſſa pro oculoꝝ tutela prominent. La-
bra uoci dentibusq́ neceſſaria ſunt. Col
lum, caput excipit, ad circumagendum

idoneum,pluribus uertebris accommo datum.Latera,coſtarum crate pluribus oſſibus conſtant, & cum pectore ueluti murum cordi faciũt, reſpirationi facili- ora,quàm ſi uno oſſe cõſtarent,quod & in ſpinæ ratione cõſpicimus.At uenter ſine oſſe,cibo & fœtuum utero aptior. Pubes os habet,quo ĩteſtina geſtamus, & conceptum mulieres. Genitale,ner- uis conſtat,non oſſeũ eſt,ut quibuſdam aĩalibus,ceu uiuerris & muſtelis. Præ- putium glandem integit,ne fœminum attritu lædat.qđ Iudæi amputant mũ- ditiæ grã.Maribus prominet, fœminis intus genitale ceu uagina collocat: qđ ſi procidit, uirile inguen apparet. Na- tes tanq̃ ſtragulũ ſubditæ ſunt, quia nõ facile erecto corpore ſtando durat ho- mo,ſed requiẽ deſiderat ſedẽdo. At bra chia quoq; ac crura mira ratione flectũ tur,crura introrſum, brachia extrorſũ: hæc ad artes,illa ad inceſſum flexus ha- bent.Quin & digitos ad capiendũ pre- mendumq; cõmodatiſſimos dedit natu ra.Pollex craſſior breuior'que,à latere à parte inferiori ſurſum premit, cæteri à

ſuperiore, deorſum. Pollex ipſe plurimũ multisq́ꝫ pares uires habet, unde nomẽ. Medius lõgus eſt, tanq̃ nauigij medius. Omnes digiti præter pollicem, in comprehendẽdo æquales ſunt. Crura homini maxima ſunt magnitudinis proportione, quia totum corpus & erectum ſuſtinẽt. Digiti in pedibus breues ſunt, qa ad nullũ alium uſum, præterq̃ ad ambulandum dati ſunt. Vidimus tamen mulierẽ ſine brachijs natam, pedes pro manibus ad nẽdi ſuendiq́ꝫ artem habuiſſe. Vngues propter imbecillitatẽ adiuncti ſunt. Sed exteriorꝝ partes noĩaq́ꝫ ordĩe exequamur. Boniq́ꝫ conſulant legẽtes, ſi quando latina uerba nõ habuerimus, græcis uti maluerim, omiſſis barbaris.

De corporis partibus quæ extrinſecus cernuntur, & eorum nominibus. Caput .III.

PRincipales corporis partes ſunt, caput, pectus, uenter. Secundariæ, collum, brachia, crura, ac uerenda. Capitis partes exteriores, his nominibus uocantur. Summum eñ capitis, uertex dicit̃, qui aliquibus duplex reperit̃, ij macrobij & biuertices dicuntur. Bregma de-

inde ſiue ſinciput, in frontem uergit, qđ infantibus palpitat. Frons poſtea & oppoſitũ occipitiũ. Aequamẽtum capillorũ, ad ſummũ uerticẽ bregma diuidẽs, bina utrinq; tẽpora, aures, oculi, anguli exteriores paropiæ, interioresq́; q fontes dicuntur, unde lachrymarũ profluuium. Et con oculorũ magnus ambitus. Supercilia, quorũ mediũ meſophryon dicitur à Polluce. Palpebræ, in qbus lineæ rhytides & cilia: genæ deinde, malæ, naſus. Ethmus, nariũ interſeptũ: globus, pterygia ſiue hypenæ, buccæ, myſtax, labia, os, mentũ, quæ oĩa faciẽ numeroſæ uarietatis efficiunt. Collum priore gutture, iugulo, & ceruice extima cõſtat, à ſtropheo uſq; ad atlantem uertebram. Ab eadem ac iugulo ad uerenda uſq; & os ſacrũ, thorax colligitur, cuius eæ partes ſunt, iugulus uterque, dexter ac ſiniſter, oſſa uidelicet uerſus humeros uergentia, pectus, mammæ, papillæ, malum punicũ, chondrus, hypochondrion, os ſtomachi, cinctus, uẽter, umbelicus in medio corporis libramento, in cuius medio acromphalium, circa

quē corrugata uetula ſita eſt, ſupra umbelicum, epigaſtrium ad iecur & lienē, ſubter uero hypogaſtrion: utrinq; ilia, lagona, & ceneona uocant, ſumen, pecten, qui & de pilis dicitur, & membrū (ut dictū eſt) in utroq; ſexu. Dorſi uero partes, ſcapulæ ſiue metaphrenum, menſa & ſpina, in qua cynolopha, latera, renes, lumbi, os ſacrū, nates, anus ſiue ſedes, à cinctu uſq; ad nates oſphys dicitur. Verendorū ſunt penis, præputium, ſcortum. At brachia ijs conſtant, humero, alis, gibbere, et flexu, hoc eſt ancone, & olecrano, cubito, manus flexu, pcarpion Græci dicunt, manu auerſa, quæ opiſthenar dr̄, palma deinde ſiue uola. Ir demum quod thenar Græci uocant. Ab indice ad minimū hypothenar. Pollex digitorū, ut ſuprà dictū eſt, primus index, medius uel infamis, pximus deinde minimo, qui medicus à qbuſdam dicitur, poſtremo minimus. In digitis internodia, & digitorū pminētiæ, quæ condyli uocantur: internodia uero ſiue ſcytalides, ſingulis digitis terna ſūt, pollici bina tantum, ungues deinde & radi

Alij ſcrotū dicere malunt.

σκυταλίδες.

ces unguiũ. At crura à uertebra ſiue coxa incipiunt, femora deinde et interiora fœmina, genua, poplites. At tibias crura continent, ſuraſq; à genibus uſq; ad pedes, ſub ſura ſphyron eſt. Tali in homine nõ ſunt, et ſi tibiarũ proceſſus imi (qui maleoli dicunt̃) talorum nomina acceperint, unde talaria dicta ſunt, ſimileq; in cane eſt, quod & à M. Varrone talus dicitur. Colum ſequit̃ pedis, ſiue mons flexus, perna, unde perniões, calx carnoſum ueſtigiũ, planta, digiti pedũ, qui nominibus maiori ex parte manuũ digitis reſpondent, pollex ſcilicet, minimus, & medius, reliqui minimo et pollici proximi dicuntur. ungues demum qui neruorum poſtremo clauſulæ ſunt, & operimenti gratia dati, ut extremos digitos integant & tueantur. ſed de ijs quæ manifeſta ſunt, ſatis diximus. Hinc de humorum & membrorum qualitatibus differendum eſt.

De humorum & membrorũ qualitatibus. Cap. IIII.

SAnguis primus inter omẽs humores quatuor, q in humano ſunt corpore, calidior eſt & humidior, aeris na-

turam referens, cæteros in ſeſe commi-
xtos humores continens. Flaua uero bi
lis, calida & ſicca eſt, ignis proprietatẽ
imitatur, cũ externo calore præſertim
accenditur. uapore eñ uniuerſa pertur
bat, ut in pniciofa cauſode cõſpicimus.
Phlegma uero, frigidũ & humectũ eſt,
aquæ uim poſſidens. Atra bilis, ſicca ac
frigida eſt, terræ naturã continens. Hos
humores peculiaria conceptacula con-
tinent, uenæ ſanguinem, ſtomachus pi-
tuitam, in iecore ueſica bilem continet:
lien uero atram bilem, etſi hos eoſdẽ ſan
guis cõtineat humores, qui una per oẽs
uenarũ riuulos plus minuſue pro cor-
poris habitudĩe diffundi in ſingulas cor
poris partes recta ratione cõprehendũ-
tur, qui mẽbris alimoniã ſubminiſtrant,
adeo neceſſarij, ut eorum quocunq; aut
per uim, aut ſponte priuetur homo, eũ
in perniciem agi certum ſit, ut atra bili
tota reddita. Per uenas itaq; & meatu-
los quoſcunq; alimentũ reſudans (quẽ-
admodum aqua per crudiuſculũ uas fi
ctile, dum apponitur humor) ſimile fit,
et demũ unit, et (ut uerbis Galeni utar)

in carnem cõuertitur, aut aliud ſimila-
re membrum, ex calore, frigoreq́ꝫ conſi
ſtens. Ex quo fit, ut caro ab igne reſolua
tur. Calor eñ non ex quolibet carnẽ fa
cit, nec quolibet mõ aut tpe, ſed ex ma-
teria apta, & ut apte, & cum apte effici
poteſt. Carnem inter cutem & oſſa con
ſtituit, quæ natura fiſſilis ẽ, ſtaminea ue-
luti uena, quam uillum nominant, in ue
nas fibrasq́ꝫ tranſit, quoties aĩal extenua
tur, macreſcitq́ꝫ: uertitur itẽ in pingue,
quoties cibi copia uel alimẽti ſuppetit.
Quibus multum eſt carnis, ijs uenæ ar-
ctiores, & ſanguis rubentior, & uenter
ac uiſcera: parua quibus paꝶ, uenæ am
pliores ac ſanguis ater, uiſcera maiora,
& uẽter amplior. At in arterijs quæ ſpi
ritus receptacula ſunt, quæ ex corde ori
untur, ſpiritalis ſanguis continet̃, quẽ
uitalẽ uocant. peculiarẽ eñ uitam mẽ-
bris omnibus inſpirat, & ad oſſa etiã pe
netrat. Ex ijs pulſus ille, uitæ index cer-
tiſſimus cõſtat, qui per modulos certos
metricasq́ꝫ leges harmoniæ mõ in mẽ-
bris mouet̃, unde uitæ gubernacula ha-
bentur. Cardiacis, defectis, & morienti-

Villũ medici iuniores deſcribunt partẽ corporis filo perſimilem.

bus uenæ intercidũt,& quibuſdã ſanis na
turali uitio,qb⁹ ſæpe medici incauti de
cipiunt,de qbus nũc ſatis dictũ ſit:reli-
qua de ſpũ et ſanguĩe,et de eorũ uenis li
bro poſtremo diffuſius dicem⁹. Rurſus
corpis ptes q̃dam calidæ, quædã ſiccæ,
aliæ frigidæ,nõnullæ humectæ ſũt. Ex
his,cor calidũ eſt,& ſanguis q̊q;,nã ſpm̃
tẽperatum eẽ exiſtimamus Ariſtotelis
ſentẽtia,iecur exinde, & caro peculiari
ſua caliditate, muſculi deĩde,renes ac li
en. At ſicca eſt pilorũ natura,oſſa deĩde
chartilago,chordæ,oſſium uincula,ue-
næ,arteriæq́;,& nerui qui uocales dicũ
tur à medicis.Frigidiora ſunt eadẽ fer-
mè,pili,oſſa,chõdros,id eſt,chartilago,
membrana oĩs, quæ hymen dr̃ à Græ-
cis,nerui,ſpinæ medulla, cerebrũ. Hu-
mentia ſunt pingue,adeps,cerebrũ,ſpi-
næ medulla,adenes in mãmis cæteriſq́;
corporis partibus,à nobis dictæ glandu
læ.Hæc circa tẽperiem (quã Græci cra
ſin uocant) cõſtituuntur. Vna dũtaxat
pars eſt maxime ſenſilis in humano cor
pore,hoc eſt cutis, in palma præcipue,
aut ſummo indicis, cui temperata com

mixtio data eſt à natura, inter qualitates ſiccum, humidũ, frigidũ ac feruẽs, q̃ in uiuẽtibus de⁹ rerũ cõditor pari cũ mũdo ratione inter ſe repugnantia, mirabili nexu deuinxit. per qualitates em̃ ſuas ſingula per cognationem & cõciliationem quandam ſingulis adhærent.

De membrorum functionibus. Caput .V.

ὁμοιομερεῖς.

PArtes quoq; corporis aut homœomeriæ ſunt, ita Græci uocant, nos ſimilares recentiori uocabulo appellare incepimus, quæ in ſimiles partes diuidi poſſunt, ex elemẽtis & humoribus tanquam reꝝ primordiis cõſtituuntur, ut caro, os, ex quibus diſſimilares cõſtant, quæ in partes diſſimilis naturæ diduci queũt, ut muſculus & facies. Ex primis hoc eſt ſimilaribus, ſenſoriæ partes habentur, ex carne ueluti, cute, neruis, qm̃ ſinguloꝝ ſenſibilium ſunt capaces. Ex diſſimilaribus, actiões motusq; exiſtũt, officiaq; diuerſa, qm̃ ex uaria ſimilariũ natura conſtant, unde organicas, officiales, & inſtrumentarias partes appellamus. Ex membris quædã, quod recipiunt, ſtatim tranſmittunt, ut gula, pylo-

πυλωρός

ron:alia recipiunt & continent, ut fellis uesica: alia corpori neceſſaria, alia ſuperflua: illa ut ſtomachus, hæc ut aluus, & uesica: hoꝝ item alterum ſiccum excrementum, alteꝝ humectum tenet. Quædam itē ipſi indiuiduo, alia ſucceſſionis functioni neceſſaria ſunt: illa ut iecur, ſtomachus: hæc ut penis, teſtes, uulua.

De oßibus & eorum natura. Caput .VI.

OSSa inter homœomeria, firmiſſimæ ſunt materiæ, totamq́ꝫ corporis molem ſuſtinēt, minime aīata (ut inquit Plato) plurima atqꝫ craſſiſſima carne adopta. Ideo caput & pectus minime carnoſa ſunt, præterq̄ in lingua, qm̄ ad ſenſum p̄cipue accōmodata eſt. At carnis unius gratia, oſſa, nerui, cutis, uenæ, arteriæ, ungues, pili à natura dati ſunt. Ea oīm partium ſola, tangendi ſenſum poſſidet. Oſſa itaqꝫ ad motus q̄ maxime neceſſaria, inter quæ ſpina, ut naui carina, data ē: ab ea coſtæ recuruatæ pateſcūt, reſurguntq́ꝫ ad latera. Oſſa quædam aut corpus tuentur, ſicut caluaria, coſtæ, radius: aut occurrentia arcent, ut quæ cynolopha in ſpina appellata ca-

quoqꝫ legitur genere maſ. tū Polluci tum alijs. Heſichius: πυλωρὸς *(inquit)* ἔστι ὁ πυθμὴν τῆς κοιλίας. *id eſt, pyloros uētris pars ima eſt.*

κυνόλοφαι.

nina prominentia, unde nomen, aut in=
anitates complent, ut quam in genu pa
tellam nominãt, alia ſolidiora ſunt & ro
buſtiſſima, aliqua foraminulenta, ut cal
ua: nõnnulla medullæ plena pro nutri=
mẽto, robuſtiora, ut femora, tibiæ. Oĩa
omento integuntur, quo diuulſo, proti
nus ſyderantur, nec ſine eo ſenſum ha=
bent, qm̃ frigidæ (ut ſæpe dictũ eſt) ac
ſiccæ ſunt naturæ: frigido em̃ indurue=
re, calido uero diſcocta ſunt, ſicceſcente
humore, unde reſolui ab igne non poſ=
ſunt. Præter caluariam oĩa ex ſpina ori
untur, & prima partiũ conſtitutione ex
ſeminali excremẽto gignuntur: cumq;
homo auget, incrementum capiunt ad
uentitio alimẽto, ſiue à matrice, ſiue fo=
ris adueniens. Itaq; oſſa ſicut cætera mẽ
bra certo augendi termino deſcribunt,
ſicut & animalibus magnitudinis meta
habet. Ex carne & oſſe nerui naturã me
diam temperauit, inter eos & oſſa ſimi=
liter chartilaginem conſtituit. In homi
ne oſſa (ut facile uideri poteſt) circiter
ducẽtaquadragintaocto cõnumerant.
Ea corrumpi nouum nõ eſt. Sed abſceſ

ſus innaſci mirũ eſt, ut nuper uidimus, dum mulierem quandam gallico morbo interemptam reſecaremus, cauſam morbi pquirendo, oſſa ſub omentis ſuis integris tumentia, & ad medullam uſq; ſuppurata inuenimus, ea duntaxat ratione, qm̄ & ipſa nutriuntur, abſceſſibus ob id afficiuntur.

De chartilagine Caput .VII.

CHartilago, quæ chõdrus, ex nerui oſſiſq; natura conſtat, Polluce & Galeno teſtibus, in quam oía ferme oſſa deſinunt, alioqui attritu ſiue concurſu læderent̃. Chartilago rupta nunq̃ ferme ſolideſcit, & inter flexus ueluti lecti ſternium inſeritur.

De neruis. Caput .VIII.

NEruos primum oriri à corde credit Ariſtoteles, in quo priuſquã cætera membra formentur, appareant: uerum oẽs fere (ut euidentius conſtat) à cerebro ueluti ei' uicario, ſpinæq; medulla naſci magna ex parte cernunt̃, unde & ſpiritus animales & ſenſifici ſemitas habẽt. Ii quidem albi ſunt, lenti, ſenſificam atq; motricẽ uim diffundentes, *De animalibus libro 3. cap. 5.*

inciſi non ſolidantur, uulnerati ſummũ dolorem ſentiũt, præſecti nullum. Qui chordæ dicuntur, teretes ſunt, muſculis idonei in brachijs ac crurib⁹, interiores nerui membra cõducunt, ſuperiores reuocãt, quod præſectis intelligitur. Neruorum præterea natura, nõ materiæ uenarum cõtinua, de eodem initio proceſsit. Sic et uincula oſſibus nodiſq; corporum, qui uocanť articuli, adnexa, neruorũ naturam habent. Circa neruos quædam mucoſa lenticia, quæ pro alimento à natura data eſt. At de neruorũ origine ac natura nũeroq;, ſuo dicemus loco.

De natura arteriarum uenarumq;. Ca. IX.

ARteriæ ac uenæ quæ ex neruorũ materia conſtant, ex corde oriuntur, craſsiore iuxta ortũ ſtipite, frigidæ ac ſiccæ naturæ, calore decoctæ, ac frigiditate coactæ, illæ, ſpiritus cõceptacula ſunt duabus membranis cõſtituta, dilatantur uiciſsim ac perpetuo cõprimuntur, ſponte an ſpiritus motu, alibi tractãdum: Hinc uitæ gubernacula habẽtur. At uenæ ſanguinis conceptacula ſunt, mẽbrana una dũtaxat cõſtitutæ, immo

biles, quæ membra omnia riuulis irri-
gant adeo plerunq; tenuiſſimis, ut uix cerni poſſint. Aortæ poſtrema (quæ fi-
bræ dicuntur) neruo omnino conſtant, quippe quæ nullo intus cauo diſtingun-
tur, tenduntur mõ neruorum, qua deſi-
nunt, applicata ad nodos oſſium lubri-
cos ex Ariſtotele.

De muſculis ſiue lacertis. Cap. X.

MVſculi inter officiales & diſſimi-
lares partes annumerantur, mo-
uendi uoluntariam uirtutem præſtant. Ii neruo, carne, mẽbrana, uelamine am-
biente, neruis, ſummis oſſibus adhæren-
tibus conſtant, medio craſſitudine am-
pliores, intus carnoſi, neruoſa huc illuc diſcurrẽte materia, utrinq; capitibus in tenuitatem deſinẽtibus ob ſimilitudinẽ appellantur. Hinc membra functiõem exercent, diſtenduntur uel protendun-
tur, uulneratis nõ ſine uitæ periculo diſ-
tentiones eueniunt, Græci ſpaſmata, la-
tini diſtentiones uocant. Ii in labore laſ-
ſitudinem ſentiunt. Pluribus modis in corpore uariant, tum figura, tum uirtu-
te, quoniam alij retinẽt, alij expellunt, calidis σπάσματα.

exacuuntur,ſtupefacientibus hebetan-
tur:retinendi item uis unctuoſis læditur,
ſtypticis recreatur,alij oblõgi ſunt, alij
compactiles,alij latiores, quidam adeo
mixti ſunt, ut uix diuelli queant, uarijs
tñ motibus cõſiderantur, & numero in
telliguntur,qđ in fronte & in labijs p̃ci
pue cõprehenditur. Alij aliter prout cor-
poris figuratio poſſidet,ſupra quingen
tos à diligẽtiſſimis autoribus colligun-
tur,de quorum ordĩe ac ſitu,poſtremo
libro ſeorſum pertractabitur.

De *omentis.* *Caput* .XI.

OMenta ſequuntur ſiue tuniculæ,
quæ ex neruoſa materia emolita
eſt natura,ſicut quæ cerebrum &medul
lam continent, & membra cum neruis
annectunt,uel ambiunt,ut iecur,renes,
q̃bus ſenſum hñt, alioqui non ſentiunt.

De *adipe & medulla.* *Caput* .XII.

ADeps in homine inuenitur,circa
em̃ membranas adnaſcitur. Pin-
gue ſub cute eſt.Seuũ in cornigeris cir-
ca renes inuenitur.Pingue ſicut & omẽ
tum calefacit,in temperato em̃ corpore
ſanguinis exundantia à membrorum ſa

turitate congerit, alioqui immenſo pinguitudinis pondere ſenſus opprimitur, & ſæpe cõmoriunt membra. Lardum in ſue, ſenſus expers habetur. Medulla in cauis oſſibus ſenſum non habet, præ tenui tñ ambiẽte membrana integitur, quæ in iuuenta rubens eſt, in ſenecta albeſcẽs, minusq́ circa oſſium capita, ubi medulla ſanguinea cernitur, ac minus pinguis. Oſſa fracta non ferruminãtur, quod defluente euenit medulla.

De cute. Caput .XIII.

CVtis carne ſicceſcẽte efficitur, quõ (ut inquit Ariſtoteles) in polẽtis cruſtula. Materiæ em̃ lentitudo, cũ euaporari non poſſit, reſidet: qm̃ id lentum & pingue eſt. Itaq; cutis ex eiuſmodi lẽtitia conſiſtit, ſimilaris pars eſt, cũ aĩali in utero congenita, homini tenuiſſima, aeriq́; qui nobis circunfuſus eſt oppoſita, leuiter foraminulenta, unde uapores exhalant. Quod euidentius apparet tyrannorum ſæuitia, cũ miſeris inter maximos cruciatus diuellitur & exiccat: tũ cutis foramina cribri triticei magnitudine cernuntur. Hinc ſudor emanat,

hac tactiliũ reꝝ ſpecies tranſigunt. Per medíũ ueluti tẽperamẽtum ſenſifico tactu dĳudicamus, ideo ſine ſenſu ẽ. Sub ea mucoſus humor habetur. Vbicũq; cutis ſine carne eſt, uulnerata non coit, ut in genis, buccis, ac præputio, & his ſimilibus.

De *unguibus*. *Caput* .XIIII.

VNgues ex terrena admodum oriuntur parte, parum humoris caloris'q; adepti, qui dũ refrigeſcunt, humore ac calore euaneſcẽte in aerem, duram terrenam'q; formam capiũt, ſicut ungulæ, cornua. Quamobrẽ igni molliunt. Inter oſſis & nerui naturam poſſident. Vidimus in Creta dũ hæc cõderemus, uulnerato genu ſagitta, cornu nigrũ rupicapræ capitis ſimillimũ prodĳſſe, materiam'q;, quæ in oſſis ſubſtantiam conuerti debuiſſet, in corneã naturam, aeris afflatu facile conuerſam, continueq; gũmi modo indureſcentẽ. Plantaꝝ quoq; ratio perſimilis eſt, quarum partes quæ terra operiũtur, radicis naturam habẽt: quæ uero aere perflant, frondes ferunt. Id obſeruauere q arboꝝ ramis ꝓpagi-

nes fieri docent. Nam ex ſummis arborum cacuminibus plantaria tranſferũt, & radices traiectis per uaſa fictilia ramis ſolicitant, atq; eo blandimento impetratis radicibus, inter ipſa poma & cacumina aliam arborem longe à tellure cõſtituunt. Vngues in manibus magis excreſcũt, qm̃ (ut inquit Alexander Aphrodiſieus) augmẽtum ſurſum magis defertur. Hæc ſummatim dicta ſint, dũ corpus reſecandum lauant, & nouaculas pro more præparãt, & quæ diſſectioni neceſſaria uidentur. Hinc ad partes interiores tranſeamus.

IN LIBRVM SECVNDVM ANATOMICES.

ALEXANDRI BENEDICTI PHYSICI *de membris naturalibus & genitalibus, quæ ſub præcordijs continentur.*

PRAEFATIO AD AMICOS.

ADmonet Plato Chriſtophore Sorouẽſtane Cæſaris noſtri orator facundiſſime, neq erga amicos & præcipue patriam ſuam ingrati uideantur. Vtrũque facimus, ſi te ad hoc theatrum à re-

gijs occupationibus auocamus cũ Chri ſtophoro Lamphrãcho, Iuſto Læliano, comitib⁹ Andrea Peregrino, Dionyſio Cepio Veronenſibus meis iureconſul-tiss. inter quos & Ruffum meũ, & Iacobum Mapheum intereſſe uolo, qui primi ad has partes ſpectandas non incongrue accedant cũ ſereniſſimo rege Maximiliano Auguſto, cum uos oẽs nouerim tum cibo tum potu tẽperatiſſimos eſſe, & uentris importunitatem ſæpe coarguentes, & ad arcẽdam eius intemperantiam bonos domitores eſſe & acres. Q̃m partẽ quæ in nobis diuina eſt, ſua inexplebili auiditate ſæpe perturbat, & clamore ſuo ſtrepituq́ꝫ conſultorem noſtrum aĩm iniuſte arcet. Iuſtus igit̃ aderit noſter, ut nos in otio permittat tranquillo. Nec ob id ægre à uobis ferendũ eſt, ſi exta uos hæc ſpectare uoluero, cum nulla in re naturam ſine admiratione cõſtare tradant. Nam & Heraclitus qui in domo furnaria forte ſedens caloris gr̃a, ad ſeſe quoſdam accedere fidenter iuſſit, q̃m eos ad hoc temperantes uiderat; Deos immortales, inquit, hic ad-

Ex. 1. libro Ariſtot. de partib. aĩalium ca. 5. hoc deſumptũ eſt, qđ hic ab autore refertur.

eſſe neſcitis? Itaq; in omibus naturæ numen reperiri certũ eſt, & plena aiæ eſſe oïa. Iocineris naturam inter exta Plato præcipue cõmendauit diuinatione & ſimulacris, qđ ſpeculi inſtar ad imagines exprimendas accõmodatum fuerit, genitaliumq; ſubinde mẽbrorum officiũ humanitatẽ per indiuidua perpetuantiũ: in quibus mirum gignendi deſiderium atq; amorem incredibilẽ inſeruiſſe deũ cognoſcetis. Ea membra non ab re ferre moram plurimũ indignant, etſi ipſa ſe in fœïs letaliter ſæpe præcludant, ut animal cõceptum proferant in lucem. His conſpectis, uentris petulantiam, & libidinis uiolentiam ſequentes, damnabimus, qm̃ (ut Plato fabulatur) in uarias degenerare beſtias, nõ intempeſtiue illos demonſtrare uidemus.

De uentre & umbelico. *Caput .II.*

IN partes treis corpus humanum, qđ diſſecandum eſt, diducitur, in ſupremam, mediam, & imam partem. Prior ſenſifica caput continens, media ſpiritalis, ima naturalis, in qua uẽter ſubiacet, appellatur. In prima ſenſuum nobilitas

locum poſſidet. In ſecunda uitæ fons & ratio ſedē habet. Poſtrema naturæ officina eſt, à qua hac in parte initium ſumendum eſt, qm̄ inteſtina ocyus corrũpuntur. Ordiendum igitur eſt à malaꝝ oīm partium peſſima, hoc eſt, à uentre, cuius gratia mortalium maior pars perpetuo inſeruit, nec uilitatem eius extimāt fœdo retrimentoꝝ ope, cū pleriq; maris ac terræ infinita pene picula ſubeant. Addo quod omnibus ut moleſtiſſimus creditor inſtat, nec diē ſine appellatiōe prætermittit, oīm membroꝝ deterrimum uas. Illud eſt profecto, quo uitam cum brutis cōem hn̄t pleriq;: infimum propterea in corpore & abditum locū tenet ob res immundas, ueluti mēbris principalibus parcente natura, ob id ſedes hæc à ratione aīoq; longius relegata eſt, ſeptoq; diducta fuit, ne rationalem animi partem importuna uicinitas pturbaret. In hac, ceu popinæ locus, ſordiū ac excrementoꝝ ſedes, ut in ædificijs architecti auertunt ab oculis naribusq; dn̄orum, quæ neceſſario tetri fœdiq; aliquid habitura ſint. Hæc ſuperio

ribus mẽbris ancillãtur, ex quibus alia
in ſuccũ cibũ cõcoquũt,quædam in ua-
rios humores digerunt,quædam exun-
dantiam propellunt,ſed de uentre exte
riori prius agendum eſt.Hic ab ima par
te mali punici intra ilia inguinaq́ꝫ collo
catur,cuius pars ſumen ẽ.oſſe caret uẽ-
ter,quia cibo(ut dictũ eſt)increſcit,reſi
detq́ꝫ in fame,quod & fœis uteꝝ geren
tibus contingit.In medio uentre umbe
licus ſitus ẽ, geminas arterias ac totidẽ
uenas complectiť, ueluti extremo puta
mine circũdante:nam & utrunqꝫ uena-
rum par membranulis ſuis circũdatur.
Eæ quatuor uenæ ex utriculi acetabu-
lis,hoc eſt cotyledonibus, per ſecundas κοτυλη-
conceptui alimentum ꝑbent,quæ uteri δώμ.
uenis atqꝫ arterĳs reſpondent,adhæren
tibus inter ſe uenaꝝ orificĳs. de quibus
mox dicturi ſumus. Iecoris eñ portas
uenis duabus quæ in unã coeũt, pertin
git, ac geminis arterĳs ad aortã ubi fin-
ditur è regione ueſicæ,& duæ de una ef
ficiuntur.In prouectiori ætate umbeli-
cus iãdiu emeritus, pluribusq́ꝫ indura-
tus annis, exanguis apparet, & exilior

ueluti neruus uideri poteſt. Ita ut tã uenæ q̃ arteriæ nullo modo cerni poſſint, uer̃ reſectores in ſecando caueãt, ne incaute præcidant, quod & in cæteris obſeruari præcipimus.

De ſumine ſiue abdomine. Caput .III.

PArs quæ infra umbelicũ ſitum habet, ſumẽ dicitur, ab antiquis abdomen, uenas prætenues habet, ſubter cutem diſperſas, q̃bus in utero conceptus aquas emittit, quod in abortu euidentius deprehendimus. Exinde pecten uel pubes ſubeſt, quæ infimam partẽ occupat ad naturalia ſpectans. Venter deniq; his conſtat (ut iam ſecandi initium faciamus) cute, pĩguetudĩe, mẽbrana carnoſa, muſculis, neruis, ac interiori demum membrana, quæ omento iungit̃, peritonæon à Græcis dicta: ea oĩa intrĩſecus exta integunt̃, ab ilibus ac pube, ſurſum uerſus ad præcordia peruenit.

Vniuerſam itaq; cutẽ intacto umbelico per tranſuerſas lineas à ſummo ſtomacho ad pubem, à leuis ad dextra ilia hoc mõ incidito ✢. Sub cute pingue ẽ, ab hoc carnoſa membrana, deĩde nerui,

& muſculi, & membranæ interioris abdominis firmiſſimū (de quo diximus) inuolucrū, oīa interinuoluēs inteſtina.

De muſculis uentris. Caput .IIII.

MVſculi in uētre octo inueniuntur, Galeno teſte. Hor℞ duo ab imo pectore carnoſiores pectini iungūtur, in quibus longiſſima ſtaminea ceu filamenta fiſſili quadam natura, ſurſum deorſum'ue tendentia cernunt: ſub his duo ſunt, qui iuxta priores utrinq; à coſtis tenuioribus mollioribus'que (quas Græci pſoas uocant) oriūtur, & in neruos deſinunt, tranſuerſimq; pubi annectuntur, alij totidem ex aduerſo à pectine ſurſum uerſus tendūt ad eadem præcordia ad chi χ literæ figurā, alij demū duo ſubter priores rectiori angulo per tranſuerſum ad utranq; lumborum partem perueniunt, ubi adalligantur. Quidam tñ muſculo℞ neruos, quibus annectuntur, ſupra muſculos maiores coire exiſtimant. Alij uero ſub muſculis maioribus coniungi putant, quia ex diuerſis locis in unū conueniunt. Hæc à natura cōſtituta ſunt, ut interanea intus ro-

buſtius contineantur, cibíq; facilius re- geſto calore concoquant. Aſtringunt em̃,dilatant,reuocant,accipiũt,retinẽt, expellunt,laxantq; cũ opus eſt, pro ner uorum ſitu naturaq; ſepti tranſuerſi au- xilio ſuperne comprimẽtis, primi attra hunt,poſtremi comprimunt,medij ue- ro cõtinent, quibuſuis tñ uulneratis al- uus difficulter comprimit. Superiores rurſus qui ampliores ſunt,cibum conti nẽt ne retro fluat,imi uero ne priuſquã opus ſit,per aluum tranſmittatur: uerũ ſi quid ſucci adhuc ſupereſt,abſumi poſ ſit,conſtituti ſunt, Hi obiter muſculi ab hac contẽplatione non abijciendi ſunt. Ventrẽ indecorũ reddit hydropiſis,cu- ius ſpecies aſcites dicit,ex qua extrahẽ- dæ ratio aquæ in alijs libris dicet. locũ em̃ ad ilia uerſus deligimus,ubi perito- næi ſola fere nuditas eſt : ſuminis enim craſſitudo omnino uitanda eſt , cutiſq; digito dimouenda , immiſſoq; cultello uſq; ad omẽtum, quod primum ſub p- itonæo occurrerit, penetrãdum eſt(qđ paracenteſin uocat Paulus Aegineta) nec id nimium audacter,ne temere inte

ſtina uulnerent, tantumq́ humoris col ligendum eſt, ne uires intermoriantur: uitalem em̄ ſpm̄ is humor continet, demū remiſſa cute uulnus per ſe obſtruit, atq́ ita ſenſim ſingulis diebus demitur aqua, in qua re uires idoneo cibo tueantur medici.

De peritonæo & omento. *Cap. V.*

HIs emotis præter umbelicum, abdominis mēbrana interior apparet, firmiſſima eſt, ne grauiori faſce, aut retento ſpiritu (qđ ſæpius cōtingit) rū pat: ſupra em̄ inguina id euenit, ubi tenuior ē: quæ ſi rumpit, inguinis ſiue bubonis tumorem imitat, bubonocele dicta: quo decepti pleriq́ chirurgi immiſſo ſcapello, cū pus ſubeſſe putarēt, inteſtina uulnerarunt, unde odoris fœditas ſtatim ſubſecuta eſt, paucisq́ diebus ægri mortui ſunt, fœīs em̄ id malū ſæpius accidit, ea membrana ad excrementa flatusq́ (cū enitimur) ꝓpellenda neceſſaria eſt. Laxat in fœīs mirū in modum uterum gerentibus, dorſo adalligatur. Huic uenæ quædā cōmittunt, quæ ad mammas a partu ſtatim ad lactis gene-

rationem ſanguinem ex utero deferũt. His cucurbitulas admouemus, cum lactis copiam inhibere uolumus: ſub mãmis uero, cũ menſiũ abũdantiam timemus. Hac uero membrana emota omẽtum ſubeſt (ita eñ ſpeciali᷒ dr̃) uniuerſa penè inteſtina, & ſtomachi inferiorẽ partẽ contegẽs. à medio eñ uentre oritur, ac inde depẽdet, unde cibi cõcoctionem ueluti ſtragulũ iuuat. Inuenti ſunt qui ſine omento uixère, digeſtioni tñ ineptiores Galeno teſte, ex tenuiſſimis ab utraq; parte membranulis, medio innato adipe, non ſine arterijs ac uenis exilibus, ex interiori pte leue, et ſupiore mollius, ſenſu alioqui ex toto caret, carnoſæ dorſi membranæ ſecundũ diaphragma ſeſe applicat.

De inteſtinis, & primum de aluo. Cap. VI.

ABiecto itaq; omẽto, inteſtina inſinuatis quibuſdam gyris longiſſima apparent, q nonnullis animalibus à uẽtre protinus, recto ueluti inteſtino ac breuiſſimo emittunt per aluũ excrementa, ſicut lupi ceruarij ac mergi, propterea inſatiabilia habent, ſæpiſſimeq;

aluum deijciunt, quod humanis actionibus maximo foret impedimento, intempeſtiuaq́; fames ſp adeſſet. Inteſtina excrementa, hoc eſt materiam ſuperuacuam recipiunt, quorũ actiones ut tp̃s diuerſum hñt, ſic etiam diuerſa loca poſſidēt, ut Ariſtoteli placet. Iis neruoſa materia eſt, qua recipiunt, continent & expellunt, & quicqd ſucci quod à ſtomacho ſupereſt, penitus perficiũt: nam & crenas habēt, quibus ſuccũ coquunt, & immutāt, ſtamineo uillo diuerſo, modo aſtringũt, mõ laxant cũ opus eſt, inteſtina uim attrahēdi manifeſtam nõ poſſidēt, qm̃ ſtamina per longũ obducta nõ hñt. Sed ab inferiori inteſtino, hoc eſt aluo ordiendum eſt. Hæc pars ita ſpecialiter appellatꝰ ſuillæ ſimilis, qua excrementa eduntꝰ. Ab alijs longanon, ab aliquibus rectũ inteſtinum dr̃, ſpyris non circũplicatum, craſſioris inteſtini pars, in tenaſmo procidit, unde ſedis ꝓcidentiam reuerētiores appellarunt antiqui. Extrema alui pars anus dicitꝰ uel ſedes, Galenus ſphinctera uocat. Surſum uerſus ad ilia extenditꝰ aluus, reflectitꝰq; ad

Libro de partibus animaliũ tertio capite. 14.

σφιγκτῆρα, quã & στεφάνην quidã appellant, autor Iulius Pollux.

renem ſiniſtrum, mox ad ſtomachũ, deinde ad iecur pertinet, minus q̃ reliqua inteſtina carnoſum. Ad hãc partem uenæ quædam ex meſenteriacis perueniunt, quæ extremam ſucci portionẽ exũgunt. iĳſdem item ſi quid infundit̃, per clyſterem alimentũ recipiunt ægri, nõ nouo ut quidam putant inuento.

De colo & cæco inteſtino. *Cap.* VII.

SVpra aluum collocatur colon craſſioris inteſtini pars, peruium eſt ac late fuſum, cellulis plurimis inſinuatũ, in quibus excremẽta diutius immorantur, indeq; quandam recipiũt effigiem, catocæliam Græci uocant, ab aliquibus aluũ etiã uocari ſcio. reni ſiniſtro inuolutius annectitur, unde nephriticis colicisq; morbis dolores cõſimiles ſentiuntur, abſtinẽtia tñ inter cæteras notas diſcernunt̃, illos leuat, hos aggrauat cib⁹: deinde id inteſtinũ lienem attingit, ſurſum uerſus ad dexteram ſtomachũ ſcandit. Huius ob id inteſtini noxius humor os ſtomachi afficit & præcordia, unde lipothymia ſæpe concidunt ægri, in ſella aluum deĳciẽtes, nec ſine ratione id in-

κατοκοιλίαν. *Apud Iulium Pollucẽ tamẽ legitur* κάτω κοιλία, *tanq̃ duæ ſint dictiones.*

λειποθυμία.

teſtinum inter inferiora annumeratur, etſi locum ſuperiorem obtinere uideatū. Iecori item iure proximum eſt, ut inde meatu ipſo ex folliculo fellis bilem excipiat, quo retrimenta eius mordacitate ad exitum præcipitentur: ob id ea pars (cui porus felleus committitū) lutea eſt ac guſtatu amara. Huic coniungitū, qđ cæcum cognominant, à dextra eñ parte ſub rene collocatū iuxta coxam. cæcū ideo dicitū, qm̃ duo oppoſita orificia nõ habet, ut cætera. Nã eodẽ quo excipit, etiam remittit orificio. eiuſdem cũ ſupiori naturæ habetū, ijſdẽq; morbis uexatū.

De tribus gracilioribus inteſtinis. *Cap.* VIII.

GRaciliora deinceps inteſtina uentriculo annexa ſunt, quæ in homine lactes appellantū. Horꝫ primum (qđ tenuius uocatū) in ſinus tortuoſos uehementer implicitũ eſt & orbes, & inteſtino (quod medium latini, græci meſenterion uocant) ſinguli cõnectuntū, in dexteriorem partem cõuerſi, & è regiõe dexterioris coxæ finiti: ſupiores tñ partes magis complẽt, & quia circa ilia poſitum hñt, ilibus nomẽ dedere, à quibus

ileon, & iliacus dolor. At paulo ſuprà uerſus ſtomachũ ad ſiniſteriorem partẽ ſpinæ, inteſtinum eſt quod ieiunum nominant, non ita ut reliqua implicitum, ieiunitasq́; ei nomẽ dedit, qm̃ nunq̃ qđ accipit continet, ſed protinus per inferna tranſmittit. Semper em̃ uacuũ reperitur, hiraq́; ac hilla appellatur à quibuſdã. Quare igiť ex eo ita ſubito cibus labať, eſt qa mordaci felle citatius reddiť. Huic demũ ea parua iunctura alligata eſt, à media ferè uẽtriculi pte, paꝝ in dexteriorem partẽ cõuerſa: Pyloron græci uocant. Quoniam portæ mõ in inferiores ptes, quæ excreturi ſumus, emittit, cæteris inteſtinis arctius. Ad hãc portam fellis meatus pertinet unus, eadem de cauſa. Hæc. xij. digitoꝝ menſurã cõtinet. Inter ſecandum meatus ille cauẽdus eſt, integerq́; oſtendendus.

De meſenterio & uenis eius. Cap. IX.

MEſenterion (quod medium uel medianum latini dicũt) neruoſum eſt, mẽbranulis, glãdulis pluribus refertum, quas adenes Galenus uocat, circiter criſpũ eſt, cui lactes in ſinus (ut

mox dictum eſt) tortuoſos adhærẽt im pliciti. uicinitasq́ membri errorem dedit nõnullis, qui lactes pro meſenterio ſæpe dixerunt. In eo uenarũ fibræ à natura cõſtitutæ ſunt, quæ ab inteſtinis ad uenã maiorẽ & aortam pertinẽt. Sine eo membro ſuccus alioqui ab inteſtinis incommode attraheret (hñt eñ cui adhæreant uenæ) quæ ceu radices in materiã inteſtinorũ deſinũt, nec tranſigũt, has meſenteriacas uocitant medici, oppilationis ſæpe originẽ: ſepto tranſuerſo alligatur & dorſo, uel ex uena maiori & aorta pendet, ut Ariſtoteli placet, unde ſanguinem & ſpm̃ deferre certũ eſt. Venæ ipſæ ſolidæ duræq́ ſunt, à uentre & ab inteſtinis alimentũ capiũt, ueluti arborũ radices, quæ humorẽ à terra attrahunt, aluntq́ ſtipitẽ: animalibus eñ inteſtina & uenter pro terra ſunt. Qui harum uenarum orificia inter inteſtina ampliora putant in uiuẽte, quæ in cadauere deliteſcant, longe decipiuntur: arbitrantur enim ciborũ fruſta per eaſdẽ fibras tenuiſſimas attrahi poſſe, putãtq́ uirginem ætate nr̃a Venetijs dum hæc

Hac de re notatur ex his ab Hermo. Barbaro Theodorus Gaza in tranſlatione librorum Ariſt. de aĩalib. uir alioqui in uertẽdis autorib. ex græco ĩ latinũ tã accuratus, ut uix alius qſpiam hoc poſt ipſum in eodẽ negotio præſtare poterit qđ ille præſtitit, hõ tamen natione Græcus.

condēremus, quæ crinalē acum quatuor digitorum longitudine, quam inter dētes dormitura cōtinebat, incauteq; p ſomnum deglutiuit, per urinam poſt mēſes .x. demiſiſſe maximis cruciatib⁹, qm̄ in ueſica collectis uiſcoſis humorib. lapidem circa ſeſe inuolutum rotūdauit gallinacei oui magnitudine, & à uenis prius meſentericis acū hauſtam eſſe cōtendūt, nec quas uias inuenerit natura ignorant. Eæ fibræ in ipſis inteſtinis in neruos deſinunt tenuiſſimos, ac in eorū materiā obliterant: hic numeroſiores ſunt ac craſſiores ijs qui à ſtomacho ad iecur feruntur, ideo plus alimēti conferunt: at ille citius defectis ſubueniunt, uerū ſi oēs uel ex maiori parte langueſcunt uel obſtruunt, concitato fluxu ad miſeram maciē deformant hoīem. His peractis, inteſtina emouebis, folleq; ſtomachum in pyloron iniecto inflabis, tū uiuentis ſtomachi ſimilē poſituram euidentius repræſentabis.

De ſtomacho. *Caput* .X.

Via quæ ab oris faucibus ad ſtomachum tēdit, gula appellat, ex ner

uo & carne cõſtat, hac cibus potuſq́ꝫ in uentriculum ſui receptaculũ deriuanť. Nam & cibi porta uocať, medio eñ uẽ triculo non annectiť, ſed in latere, ne capitis inclinatione, cibus ipſe facile redũ det. Sicut & alteꝝ eiuſdẽ uẽtriculi oſtium (quod pyloron paulo antè noïauimus) in fundi medio nõ committiť, ſed paulo altius, ne deuorata in aluum incocta citius q̃ opus ſit, delabantur. Hac de cauſa in crapula ſeptũ tranſuerſum plu rimum ſupprimiť, nec tñ quicq̃ eſculẽ ti euomitur. Hæ geminæ portæ loco & magnitudine differunt, nã ſuperior amplior eſt, inferior anguſtior. hac ratione quia magis contrita à cõcoctione tranſmittere debet, uentriculus inteſtinorũ principium canino ſimilis eſt, quippe q nõ multo amplior eſt q̃ inteſtinum, ſed quaſi inteſtino ſimilis ampliori ex Ariſtotele, ſub ſepto trãſuerſo circa præcordia ſua anguſtiori parte (os eñ ſtomachi diciť) ubi. xiiij. ſpinæ uertebra inue nitur, collocatus eſt; cõcoquit eñ & im mutat, paterfamilias uocitatus, quia totum aïal ſolus gubernat; nã ſi ægreſcat,

uita in ancipiti eſt, inter lienem & iecoris fibras ab utroq; latere comprehenditur, ſuprà infraq; inter diaphragma & inteſtina medius poſitum habet. Hunc in anteriori parte omentum, à poſteriori uenæ grandes fouent: à ſuperiori parte in ſiniſtram uergit, ab inferiori in dextram inclinat: ita orificiorum ſuorum ratio expoſcere uidet, ob id atram bilē in ſuperiorem ſui partem decurrentem certo meatu à liene aſſumit: in imam uero à folliculo fellis flauam bilē poro delatam accipit. Ventriculus in medio tumet ac pendet, qui mēbranis tenuibus, ſepto connectit, lieni, iecori, cordi, cerebroq;, uenis, arterijs, neruis, vñ ex ictu capitis, ſæpe ſtomachi ſubuerſio euēit. duobus tergoribus conſtat, quoꝝ alteꝝ intrinſecus neruoſum eſt ac craſſum, alteꝝ extrīſecus carnoſum ac tenue: illud ſtamineum habet filamentū, inas Græci uocant: alterum intus in longitudinē tendit, in appetendo deorſum trahit: alteꝝ extra per tranſuerſum fila ducit ui retentatrice, quæ cathectica dicit, plurimum neceſſaria. At exterior uētris tu

ἶν ἰνός, uena, neruus proprie autē ἶνες capillamenta ſiue filamēta ſunt neruorum & fibræ.

καθεκτικὰ ἀπὸ τοῦ κατέχειν, hoc eſt, à detinendo.

nica carnoſa ſtamineam uenam in lati-
tudinem protendit, qua materia cibo℞
ſubigitur, & à digeſtione ſuperflua, dū
ſeſe aſtringit, ſecernere dicitur: huic po
tentiæ, apocritica nomen ē: interior rur
ſus tunica tactus ſenſum habet, unde ci
bi appetentia prouenit, exterior uero ci
bum potionemq́ mutat, ac confundit,
ea uis à Græcis allœotica uocat̃, cui re-
liquæ obſequuntur uirtutes. Stoma-
chus intus denticulatus eſt callo in mo-
dum rubi ad conficiendos cibos, decre-
ſcentibus crenis uerſus orificia, nouiſſi-
ma aſpitas ut ſcobina fabri: ab ijs fibræ,
quæ ob ſimilitudinem meſentericæ di-
cuntur, oriunt̃: quæ inter uenam & ner
uum naturam habent, à quibus (ut pau
lo antè dictū eſt) humor attrahitur, in-
de per maiores uenas ad iecur tranſmit
titur. ſed dum cōcoquit ſtomachus, nec
ſui ignarus eſt, qm̄ in fame ac ſiti ꝑtinus
humorem attrahit, ac primus recreat̃.

ἀποκριτικὰ, ἀπὸ τοῦ ἀποκρίνειν hoc ē, à ſecernendo.

ἀλλοιωτικὰ, ἀπὸ τοῦ ἀλλοιοῦν .i. à permutando.

De adipe & pancreo. *Caput* .XI.

SEd anteq̃ ad lienē tranſeamus, pau
ca de adipe dicenda ſunt. Hic ſub le
ni membrana abdominis, ſitū habet, in

obeſo corpore ampliorem. Ab ilĳs inci
pit, deorſum uerſus ad renes tēdens. ab
interiori parte mēbrana includit̃, quæ
omento iungit̃. Is nō cogit̃, nec ſiccita-
te ulla frangit̃ ut ſeuum, quoniam eius
natura minus terrena ē, utrūq; ſine ſen-
ſu, nā neruo arteria ac uena caret, ideo
& pleriſq; detractos adipes, leuatum'q;
corpus immobili onere traditum eſt, &
inde uixiſſe. Pancreon quoq; inter carnes
et adenes naturā habet: Lieni, ſtomacho
& iecori annectit̃. A carne nomen ha-
bet, ad qd̃ cōis cum omento uena perti-
net, quæ ex uena maiori oritur.

De liene. *Caput* .XII.

IN ſiniſtra parte aduerſus iecur, lien
paulo inferior, ſuillo ſimilis habet̃,
purgamēti ſanguinis receptaculum, eū
humorem atram bilē noſtri, Græci me
lancholiam dicunt. Hic non ut iecur p̃-
cordĳs, ſed ſiniſteriori uentriculi parti,
& omento committitur. Gibbus ipſius
dorſo membranulis alligatur, ſed ut fa-
cilius appareat, coſtæ inferiores quæ te
nuiores cernunt̃ (ſub ĳs eñ condit̃) ape
riendæ ſunt. Eius quidem materia mol

lis eſt,rara ac fiſtuloſa,longitudinis craſ ſitudinisq́ꝫ modicæ, ſed lienoſis ita ple- runqꝫ intumeſcit ob humoris confluui- um, ut zona ueluti cingere hoīem uide atur. Cùm ſordibus (ut inquit Plato) ie cur abundat, lienis raritas id purgat, & eas combibit, qm̃ concauũ eſt & exan- gue, unde purgamẽtis impletum excre ſcit, curſoribus (ut tradit̃) peculiare im pedimentum, propterea qñqꝫ nõnullis laborantibus ſplen inuritur. Adimi poſ ſe homini ſine uitæ periculo, uериſimile non eſt. Huic membro pro magnitudi- ne loci intemperãtia attributa eſt. Ieco- ri, ſtomacho, omento, & inteſtinis com mittit̃. Ad lienẽ ſicut neqꝫ ad iecur nul- la ab aorta ꝑtinet uena. Excitari turbã contra Ariſtotelem in pleriſqꝫ locis ui- deo, rixaſq́ꝫ moueri, ſicut & de uulua di cturi ſumus: qm̃ ſine ſpiritali ſanguine hæc membra poſſe cõſtare, poſſibile nõ dĳudicant: ea em̃ membra ſanguine alũ tur à uena minori quæ ſine ſpiritu nõ ẽ, ſicut & uulua ſine ſanguine. Vena grã- dior directo ductu à porta concaui ieco ris ad lienẽ ducit̃, quæ ſi diligẽter rete-

Hi & ſplenetici dicũtur, à ſplene, ſicut à liene lienoſi dicti ſũt. nã σπλὴν græce, lien latine dicitur.

giť,apparet: ex medio eiuſdẽ uenæ cur ſu riuulus quidam eſt, qui ſanguinem dilutiorẽ deorſum uerſus, meſenterion ut alat duciť. Rurſus eadem uena grãdi uſcula iuxta lienem bifariam diuidiť: al ter ramus pro alimẽto ad imum ſtoma chum ferť, alter ad ſplenis cauum ꝓdu-ciť, ubi intus in duos ramos ſpargiť, ſur ſum deorſumq́ꝫ trãſeuntes. Hoꝝ inferi-or ſanguine omẽtum rigat, ſuperior ue ro ex cauo lienis rurſus in duas diuidiť uias: quaꝝ altera ad ſiniſteriorem ſupe rioremq́ꝫ ſtomachi partẽ, altera ſurſum tẽdit ad uentris orificium, atramq́ꝫ bilẽ infundit, qua os ſtomachi conſtringiť, unde exuritio exoriť. Reliquum in ip̃o ſplene abſumiť, præter eam portionem quam uena grandis ad membra conſi-milia tranſmittit.

De iecore. *Caput* .XIII.

IEcur nobiliſſimum membꝝ eſſe pu tauit Plato, in quo diuinatiõis grãm collocauit: quo priuato, nec euidẽs qcq̃ fit uaticinĳ ſignũ. poſteriores uero phy ſici ſanguinis originem huic membro attribuere: quod ſi ualidũ eſt, aucto ſan-

guine augeri membra uident̃, inualido decreſcere nõ dubium eſt: ſi extenuata in nobis membra ſunt, eo conualeſcẽte facile implent̃. Iecur inter exta ꝓportione maximum eſt, ſub præcordiȷ́s à dextra parte ſuſpendit̃, ſanguine & ſpiritu naturali refertum, intrinſecus cauũ, extrinſecus gibboſum, è regione lienis, uentriculo lenit ꝓminẽs inſidet, quem fouet, in uiuẽte magis pẽdet. In eo multiplex uis eſt: nam attrahit, retinet, concoquit, digerit, & expellit: ſuccum em̃ oẽm in ſaniem, in bilem, ac atram bilẽ digerit. Eæ potẽtiæ ex temperato cordis calore nutritiuæ uirtuti deſeruiunt cõgenitæ, ita ut & quæ nutrit & auget uirtus, eandem eſſe nõ dubitet Auerrois. In quinas iecur diuidit̃ fibras, intus ſenſu carẽs, fiſtuloſum, ſpongioſum, foraminulẽtumq́ eſt, minimisq́ uenulis per totum membrum nodoſo coitu diſperſis: ubi ſuccus in ſanguinem ſecũda cõcoctione commutat̃, uel in ſaniẽ, inde in diuerſas ptes digerit̃. Calidũ em̃ eſt ac humidũ, mẽbrana tenuiſſima cõtectum, ſepto tranſuerſo adalligat̃, ſpi-

næ item ac ſtomacho iungiť. Vena illa grandi pluſquam cætera membra cordi reſpondet; huc aorta nõ ptinet, qm̃ primo iecoris ingreſſu euidentior eſſet, & per om̃es diſtribuẽda partes eſſet, ſicut in pulmonibus apparet. A corde em̃ uitalis uis per uenã maiorẽ in iecur infundiť, ut dictum eſt. eadem em̃ uia recipit ac ſubminiſtrat humorem. Ex inferiore parte caui fel depẽdet; in eadem pte caua ex diuerſis locis quidam uenaꝝ concurſus eſt, qui porta iecoris diciť, ductuum uiaꝝꝗ ueluti compitum efficiť, quibus ſuccus is quo alimur permeat, ſtatimꝗ intus in quinos riuos diffunditur, & in prætenues uenas, quæ deinde per totam iecoris diſperſæ ſubſtantiã, in exilem ſubtilitatem admodũ radicanť, demumꝗ in iecur ipm̃ obliteranť: his tenuiſſimis fibris ſanioſus ſuccus decoquitur, ac in ſanguinem (ut multi uolũt) iecoris miniſterio calore uertiť, qui demum in corde penitus abſoluitur.

De uenis iocinoris. *Caput* XIIII.

VEnæ octonæ ad portas iecoris deriuant, ex qbus binæ paruæ ſunt,

quarum altera ad piloron & ad meſenteri um ptinet, altera inferiori uētriculo iuxta pyloron coniungit. Reliquæ ſenæ ſunt, ex quibus una ad dexteriorem ſtomachi ptem iter tēdit: Secūda ad lienē grandior ptingit: Tertia inteſtino recto iungit, in ſiniſteriorem eñ partem decurrit: Quarta ad dextram uētriculi ptem, ubi in tenues fibras diuidit: Quinta duplici propagine, altera omēto applicat, ſpargiturq́ę regione illius rami qui à liene oriri cernit. altera propago craſſiori inteſtino adiungitur, qua ſucci reliquiæ attrahunt. Poſtrema ad ieiunū inteſtinum ac tenue, & ad id quod cæcum appellauimus, pertinet: ad quam euidētius pleræq; uenæ ad ſuccum exhauriendum contēdunt.

De flauæ bilis folliculo. *Caput* .XV.

FEl nō habent oīa animalia, equo, mulo, ceruo nō eſt: & ex eodē genere ſunt, quæ ptim habeant, & partim nō habeāt, ut mures, oues, ac homines. Et qui fellis naturā (inquit Plato) ſenſus alicuius gratia eſſe opinantur, nō recte ſentiūt; uolūt ideo fel ad ſe, ut par-

tem animæ ſitam in iecore mordacitate ſua excitet, laxando exhilaret. Folliculus flauæ bilis ex inferiore iecoris parte caua depēdet, choledochus à Græcis dicitur. in eo humor flauus eſt, pallidus interdum uiſus à Galeno, uel cyanæi quãque coloris, uel iſatis herbæ uario corpis affectu: in cadauere colorē omnino mutat, in uiuēte flauus eſt, ex iecore orit̃, ut puriorem præſtet ſanguinem. Huic bini meatus ſunt, alter in medium iecoris deriuat, quo bilis attrahitur uel effunditur interdũ: alter euidētior ad pyloron defert̃, in quo meatu calculus olim rep tus eſt. ex eodem rurſus oriri tradit̃, qui in imum ſtomachũ tendit, quod alij negant. Sed hoc nō ꝑpetuum eſt: oīm maximus, ad inteſtina ꝓducit̃, quas lactes appellauimus. Quibus fel nō eſt, ualetudo firmior exiſtimat̃, ac uita diuturnior: bilis alioqui uia præcluſa, morb9 regius (qui ictericus dr̃, ab alijs arquatus) prouenit. Nam toto corpore felle ſuffuſo, naturalis color aufert̃, quod primũ oculis deprehēdimus: ita quod in ijs album eſſe debet, luteum fit: febres quoque

χοληδόχος.

Suidas: ἴκτερος νόσος ἐκ χολῆς σαυισαμένη, id eſt, icterus morb9 eſt ex bile conſiſtens.

ſupueniunt. Inteſtina hactenus magna
ex parte indicata ſunt, idcirco oĩa præt
iocineris gibbũ, qđ uenæ grandi anne-
xum eſt, relicto uẽtre abijcienda ſunt.

De renibus. Caput .XVI.

HIs peractis, binæ uenæ grãdes ſe-
cũdum ſpinã à ſummo deorſum
deferũtur, de quibus poſtremo libro a-
gẽdum eſt. Vena grãdis in renum op-
poſito geminos ramos emittit in λ lite
ræ figuram, quoꝝ alter ad renẽ dextꝝ,
alter ad ſiniſtrum tẽdit, inæquali tñ lõ-
gitudine: eodem modo & altera uena
grãdis facit, aorta dicta, ſpinæ annexa:
qm̃ dexter ex renibus minus pinguis, al
tior læuo eſt, quod pari ratiõe in ſupci-
lijs cõtingit. Rami uenæ maioris in ſi-
nus renum nõ deriuãt, ſed capitibus po
tius adhæreſcũt, & cauum nõ ſubeũt,
ueꝝ in corpus eoꝝ abſumunt, ſicut &
aorta, ex quibus genitale ſemen magna
ex parte generat. Oblõgi ſunt, bubulis
renibus ſimiles, ueluti è multis renibus
cõpoſiti, à parte interiori reſimi, ab exte
riori uerſus inteſtina rotundiores: caro
ijs dura ac firma eſt, ſenſu carẽs, utriq;

adeps è medio exit. Renes in lõgitudinem ſecãdi ſunt, & ſpecillo im miſſo colaturæ ratio cõſideranda eſt: in medio pellicula eſt prætenuis, qua humor dũtaxat ſine ſanguine diſtillat per meatus ſiue uenas albidas, ureteras dictas, quæ cauæ ſunt, neruoſæ, iuxta ſpinam ipſam per uenas ſe porrigunt ad ilia, anguſto itinere, mox in coxam utrãq; cõduntur, ac deliteſcunt, deĩde denuo porrectæ in clunes apparẽt. uenarum ut ipſarum poſtrema uel in ſexu uirili ad ueſicam, genitaleq; cõiiciuntur, ſic in fœmineo ad uuluam pertinẽt. Eæ uenæ quæ de medio renũ exeũt, nihil commune cum uena maiore ſortiũtur. Renes membranulis integuntur quibus ſentiũt, calculo laborãt: quia multi renes laborare uidentur, duplices cõſtituti ſunt, ut æquale corporis librametum, Galeno autore, aĩalibus pſtarent: ex ſuperabũdanti calore, incontinẽtia, & urinæ ſtillicidia ſequuntur. In meatibusq; arenæ materia, ac calculi generantur.

ὀυρητῆρας Iulius Pol. οἱ δὲ παραπέμποντες ἐξ ἑκατέρων τῶν νεφρῶν τὸ οὖρον τόποι, ὀυράναυτε καὶ οὐρητῆρες καλοῦνται.

De uenis ſeminarijs. *Caput* .XVII.

SEminariæ uenæ geminæ ad capita

teſtium à renibus deueniunt, pori dicti, ſanguinolenti, totidemq́ꝫ arteriæ de uena aorta exangues ꝓtendūtur. Nam in coitu ſpiritus ſemen antecedit, quo procul per ſaltus ꝓpellitur: à capite autem ipſoꝝ teſtium meatus excipit, ſpiſſior illo ſuperiore atqꝫ neruoſior, q progreſſus per teſtem flectit ſeſe, inde & caput eiuſdem repetit: unde rurſus in idem coeūt, & in parte priore ſubeūt genitale, paraſtatæ dictæ, communi excipiuntur canalicula, & cōtinua membrana obuelant, cū ijs qui reſidēt teſtibus, ut unus eſſe meatus uideātur, niſi membranam ſenſim diduxeris: humorem em̄ ſanguineū cōtinet meatus, qui reſidet, ſed minus q̄ illi ſuperiores: at uero q reuertūtur, & ceruicem ſubeūt, genitalem urinam hn̄t candicātem: quin etiam de ueſica meatus ꝓfertur, & ſe ad ceruicē applicat, quem ueluti putamen canaliculatum ambit id quod penem uocamus.

Iulius Pol. παραστάται οἵ εἰσι πόροι ἀπὸ τῶν ὄρχεων ἐπὶ τὸν οὐρητῆρα κατάγοντες τὸ σπέρμα.

De ſemine. Caput .XVIII.

SEmen corporis ſuperuacaneum alimentum eſt, quod principaliū mēbroꝝ materia pura atqꝫ abſoluta eſt, ge

nerationi neceſſaria. Nam & maior ge
nituræ quãtitas ex cerebro (Galeno te-
ſte) diduci credit: ob id ſalaciſſimo cui-
dã, diſſecto poſt fun⁹ capite, cerebri exi
guũ repertũ ẽ. Venæ em̃ quæ ultra au-
res ferunt, ſi adurũtur uel ſecãtur, ſteri
litatem induci miro atq; ſecreto naturæ
limite, ut mox dicemus, qđ caſus edocu
it. Idem ex alĳs quoq; mẽbris cõtingit.
nam multi qui gallos caſtrãt, lumbos cã
denti ferro, aut crura adurũt, unde ex to
to corpore ſecerni geniturã pleriq; au-
tumant, uarĳs argumentis. Illud in pri-
mis fidẽ facere uidet, quod in filĳs no-
tam, neuum, uel cicatricẽ parẽtis ſimi-
lem regnari, niſi quod & nepotes ꝓge-
nitorꝝ referũt & formam & notas, ex q
bus nihil ſeceſſit ſeminis, & in Helide, q̃
cũ Aethiope cõcubuerat, nõ filiã pepe
rit Aethiopẽ, ſed nat⁹ ex filia Aethiops
erat. Vidimus etiam in ſtirpibus id fie
ri, nam Cydone malus medica plurima
eſt, quæ ad Priapi ſimilitudinem poma
fert: ex eis ſemina quædam eandem for
mam referũt, alia cõfuſam, ex quibus ſe
mina ſata eãdem quoq; turpitudinẽ re-

Hiſtoria hæc ex. I. Ariſto. de generatiõe aĩalium libro repetita ẽ ca. 18.

præſentant auitam poma enata. Semē homini in prima ætate ualidū eſt: in ſe- nectute, ualitudīe, ſalacitate, impuꝶ ē: intrinſecus ex loco calido ꝓficiſcit, qm̄ craſſum refrigeratumq̃ humeſcit ſpiri- tus & aquæ mixtione, ob id & albū ſpi rituoſumq̃ reddit, quod neq̃ coit, quo- niam ex ſpū eſt. Ex corde quidē per ar- terias, ex iecore per uenas, & ex uenis ar teriisq̃ à cerebro deſcendētibus ad mi- nimas circa lumbos, deinde uenas ac ar- terias minimas ingredit, & in cōcepta- culis mature in ſanguinis ſubſtantiā cō coquitur, inde ad maiores ac ampliores uenas defert, ut ex ambabus unum uas ſingulis teſtibus conſtitueretur ſpiriti- bus plenum, in quo illa gn̄andi uis reci- pitur, quod alij teſtib⁹ attribuūt, ex qua gn̄anti ſimile alteꝶ producit. Nōnulli uero naturali calore ſeminis ꝓlifici, ma teriam inter eos meatus, ſicut & in ute- ro ſenſim ueluti ſudorem colligi aſſeue rāt, ut uaſa terrea inania obturata in ma re demiſſa aquam dulcem intra ſe acci- piūt, uel catarticis ad ſtomachum uel in teſtina, uel ex pulmone malos humores

Vide hic Ariſto. lib. 2. de gene. aīali. ca. 2.

ſine certo uenaꝵ meatu, reſudãte intus materia, miro naturæ opere euocant.

De teſtibus. *Caput* .XIX.

TEſtes didymi appellati ita in hoĩe pẽdent, ut impet⁹ rei venereæ ma gis ſuſtinerẽt, minusq́ꝫ proni fierẽt. His pluria ẽ uoluptas, ut Alexãder Aphro diſieus refert, qm̃ ab ictu pcuſſi magno pere dolent. ĳs exectis tota fere uirilis forma ac habitus corrumpit̃, fœmini niq́ꝫ fiunt. nam uires, audaciam, mores, uocem, barbamq́ꝫ amittũt. Hos ſemina rĳ meatus ambiunt, nec ingrediũtur, ut quidam falſò prædicãt. ueꝵ (ut Ariſto teli placet) motum excremẽti genitalis ſtabiliorẽ faciũt, nihil gignẽte ſine in gentibus cauſis natura: nam replicatio nem dũtaxat ſeruãt eo argumẽto: Qđ tauꝵ aliqñ exciſum uaccam ꝑtinus in ĳſſe, nõdum retractis meatibus proge neraſſe traditum ſit.

Iulius Pol. τὸ ὑπὸ τῶν ὄρχεων ἀγγεῖον, ἢ τῶν διδύ.

De ſcorto. *Caput* .XX.

DIdymis proprium uelamẽtum ac munimẽtum eſt ſcortum, Græci oſcheum dicũt: depẽdet ab inguibus, ru goſum, uenulis diſperſum, ima ſui par

te ſutura committit,quæ tñ aliq̃bus nõ μωρ ὄχε
eſt. Id ſi tumet uitio,indecoꝝ uocat,de ὀς καλε͂
quo in libris quos de oĩbus morbis q ται.
mẽbratim ſentiũtur,expoſuimus:her-
niam noĩant. At intus tunicæ ſunt,quæ
teſtes uelant,per ſingulos neruos depẽ-
dentes,quos cremaſteras Græci appel- κρεμαςῆ
lant, cum quoꝝ utroq; binæ uenæ ac ar ρας.
teriæ deſcẽdunt,quas paulo antè indica
uimus,quæ tunica integitur tenui,ner
uoſa,alba,ſine ſanguine,ſupra quam al-
tera eſt ualẽtior membrana, quæ interi
ori ueheměter ima parte inhæret,edari
on Græci uocãt,multæ deĩde membra-
nulæ uenas & arterias eosq; neruos cõ-
prehendunt.

De pene. Caput .XXI.

INguini deinde coles ipſe cute uelu-
ti annexus depẽdet, cæteris mẽbris
magis neruoſus,arterioſus,uenoſúsque
uidet,neruis durioribus & neruoſis cõ
nexionibus cum pectine committitur,
nerui alĳ ab imæ ſpinæ medulla deſcẽ-
dunt, cæteꝝ id membrum minoris ſen
ſus eſt. Vidimus olim chirurgũ quen-
dam impiũ ex Iudæa gẽte,unum ex ĳs

neruis ob inflammationem extraxiſſe: ſingulis enim diebus à radice paulatim cõuellebat, quem tãdem letaliter extirpauit. Membri extremum glans eſt, tenuiſſima cõtecta cuti, quæ uim ſenſificam à ſuperioribus ſpinæ neruis habet, uenereæ uoluptatis ſedes, unde uenæ ſeminariæ peculiari titillatu cõcitantur, in medio quædam ſpõgioſa inanitas ẽ, quam cum cupidinis ſpiritus ſubit, tentiginem facit: excitari quoq; uel in morte ab ictu phalangĳ autores tradũt. Alẽ item ductus eſt incertus (ut quibuſdam placet) in pubertate quidam lẽtor inde tranſmittitur, ad genituram ueluti rudimẽtum ſeminis. Glans imo circulo ambiente finit; à uertice ad imum frenum ducĩt ſupiore rimula, quam urethram uocãt, recremẽti liquidi, ac ſeminis exitus. Quod integit, ꝑpucium dr̃: hoc Iudæa gens reliquumq; ferè pluribus iam ætatibus gñs humanum præter Chriſti anos ex lege circũcidit, mũditiæ (ut dictum eſt) cauſa, quod poſtea ad ſacra refertur. Penis cutis qua integitur, nõ ſimplex eſt, ſed neruoſæ naturæ, ſenſumq;

Iulius Pol. περὶ αἰδοίων. i. de pudendis. ὥσπερ βάλανος τὸ τοῦ καυλοῦ ἄκρον, οὗ τὸ τρύπημα, οὐρήθρα. id ẽ,

tactus plurimum poſſidet. Ob eam cauſam uenereo cõtactu, nouus uel ſaltem medicis ignotus prioribus, ſideꝶ peſtifero aſpectu morbus gallicus ad nos ex occidente, dum hæc ederemus, irrepſit, tanta oĩm membroꝶ fœditate cruciatibusq́ꝫ, nocte præſertim, ut lepram alioqui inſanabilem ſiue elephantiaſin horrore ſuperet, nõ ſine uitæ pernicie. Hæc peſtis reliquas ꝓuincias iam infeſtauit, quæ etiam præſanatis facile repullulat, magna oĩm medicoꝶ ambage. Ex occidẽte uenêre empirici, qui magno quæſtu urbes circuierũt, id tm̃ profitẽtes.

quẽadmodum glans ipſius penis ſummũ cuius foramen urethra dicitur.

De ueſica & eius meatibus. Caput .XXII.

VEnæ ureteres dictæ, albæ ad ueſicam (ut ſuprà memorauimus) feruntur ea parte qua duplici membrana cõſtat, quaꝶ altera peruia ẽ, & inter tunicas urinans humor præterfluit, donec ad interioris pelliculæ foramẽ ꝑtineat, & in ueſicam cadat. Hi ẽm meatus non oppoſiti ſũt, qm̃ ueſica repleta urina ad renes retrofluere cogeret interdũ. ſed ea quo magis implet̃, eo magis mẽbranæ dictæ ſe comprimũt, Et ita recremẽ

tum id liquidum continẽt. ex quo unũ
tãtum meatum,quo excernimus impe-
riti habere arbitrant̃,ſimplicem eſſe ue-
ſicam ex om̃i parte putãtes. Ea neruoſa
eſt,aliter uiris atq; fœĩs poſita: nam in
illis iuxta rectum inteſtinum potius in
ſiniſtram partem inclinata, in his ſupra
ora genitalia cõſtituta eſt, ſuperq́; ela-
pſa ab ip̃a uulua ſuſtinet̃. Duo item me
atus ab aorta ualidi & p̃petui ad ueſicã
procedũt,nullusq́; à uena maiori huc tẽ
dit: qui uero de cauo renum ueniũt, cũ
uena maiore cõtinuatam nõ h̃nt mate-
riam,ut ſuprà à nobis dictum eſt. Veſi-
cæ uero ceruix carnoſa eſt,muſculis re-
ferta,quibus humor continet̃ atq; laxa-
tur,cũ opus eſt. Inciſa ſola coaleſcit,re-
liqua pars coire nõ poteſt, quod e diuer
ſo cõtigiſſe refert Ariſtoteles. In maſcu
lis urinæ uiæ longiores atq; compreſſio
res,ad imum uſq; colẽ deſcẽdunt: in fœ
mineo uero ſexu breuiores plenioresq́;,
cõiq; demum uia ad uuluæ ceruicem ſe
oſtẽdunt,quapropter mulieres calculis
minus afficiunt̃, in ueſica p̃ter calculos
ſetaꝶ ueluti quædam capillamẽta nõ ſi

ne diro cruciatu innaſcũtur ex mucoſa quidem materia. Quibus modis extra- hi lapides conueniat, ne chirurgus loci errore letalit̃ ægrotis uulnus ĩferat, cul tello locus aperiẽdus, indicandusq́ʒ mo dus eſt. Aliquibus quædam in ueſica cõ creſcũt, q̃ nihilo à cõchilijs ſpecie diffe- runt. Sed iam ad mulierꝵ peculiaria mẽ bra tranſeamus.

De mulierum meatibus ſeminarijs. Cap. XXIII.

DE fœminarꝵ genitalibus mẽbris, ac uenis ſeminarijs hoc in loco di cere par eſt. Venæ igit̃ humoris, quem prolificum pleriqʒ medici p̃dicant, ean dem fermè in fœmella (quam ſuprà di- ximus in uiris) originem habẽt: ac fle- xuoſis orbibus in teſticulos deriuãt, in- de ad uuluæ oſtium tendũt, unde ſemẽ tanta uoluptate ꝓrumpit, quod uanum atqʒ inutile philoſophorꝵ princeps Ari ſtoteles aſſeuerat, cui et Arabs Auerrois ſubſcribit. Veruntamẽ (fateor) ex reni bus, ſpina, coxis, lũbis, uenæ, ac arteriæ multæ (quæ ſparſim fundũtur ĩ fibras per uuluam tenuiſſimas) tendunt, ex q- bus genitalis humor, craſſus, albus, oui

albori ſimilis intus colligitur (ut bilis q̃tidie in ſtomacho) ad conceptum neceſſarius: quod in ouis cõtingit, in quibus quod candidum eſt ac luteum, à fœmina prodit ſemine maris tm̃ cõſtituente: ex ea materia membra quæ ſpermatica uocamus, gñantur, at ex mẽſibus rubentia, qualis caro eſt nutriẽti ſimilis, fiũt. Ariſtoteles de piſcibus hæc refert, ouo autem rupto, fœtus ueluti nucleus conſtat, qui primum nullum accipit cibũ, ſed oui humore iam hauſto increſcunt, pòſt nutriunt aquis dulcibus fluuiorũ, uſq; dum ſatis augeant. Idem autor, an id uerũ nõ dr̃, alimẽtum om̃e eſſe extrinſecus, ſed protinus ut in plantarũ ſeminibus ineſt aliquid tale primum quod lacteum uocat, ſic in aĩalium materia excremẽtum cõſtitutionis alimẽtum eſt, incremẽtum uero fœtui p umbilicum cõtingit, eodem quo plantas modo per radices, atq; etiã aĩalib⁹ ipſis, ubi abſoluta iam ſunt, ex eo (quod cõtinetur) alimento idem accidit. At quod fœminis in uenere prorumpit, nõ p ſaltus exit ſicut uirile; qm̃ inutile eſt, & uitiato ſimi

Libro.6. de hiſtoria aĩalium capite.15.

ſe,om̃ino differẽs ab eo,quod intra uul-
uã ſine libidĩe qñq; reſtagnat.Ex utriſ-
que itaq; maris & fœminæ fœtus mem
bra figurant̃, ac ſpiritalis uita ꝓducit̃:
ueꝝ ex uirili ſemine prĩcipalia mẽbra,
ex fœmineo cætera ignobiliora conſti-
tuuntur,ex puriori ueluti materia,ſicut
et ſpiritalis uigor.Maris em̃ ſemẽ in me
dio genitalis fœminei alboris colligit̃,
ut gñandi poteſtatem in materiam uni
uerſam diffundat,ex Galeni ſentẽtia,at
q; ita membra formant̃ mẽſtrui ſangui
nis adhuc non indiga, donec exhauſta
materia,maiori corpus indigeat nutri-
mento,quod ex umbilico poſtea quæri
tur.A cõceptu em̃ ad. vij.uſq; diem ſe-
minis ꝓlifici fluxiones ſimplices appa-
rẽt, quo tẽpore & umbilicus inchoari
& ſecũdæ uident̃.X.die cordis bulla tu-
met,ſpiritu intus ebuliẽte,& calore ex-
trinſecus exiccãte,ſecundaꝝ materia fir
matur: qm̃ & plãta & cortex eodem ge
nerantur tempore. poſt eos dies cætera
membra deſcribũtur, nec uno tempore
principalia gñantur membra, qm̃ diuer
ſæ ſunt naturæ. Cor em̃ primum ꝓge-

neratur, exinde reliqua deſcribunt mē-
bra, poſtremo replentur pictoris imita
tione: circit diem .xxx. maſculina figu-
rant membra ex Hippocrate, alij tñ (in
ter quos Ariſtoteles) mari .xl. diem ſta-
tutum pnuntiant, fœminæ trium mēſi
um uel pòſt: qm̄ figura in humido poſt
abortum non pmanet, ſed ſtatim diſſol-
uitur: mas ſi in aquam frigidam diffun
ditur, cogitur cōſiſtitq; ī membranula,
qua rupta, fœtus ipſe apparet magnitu
dine formicæ maiuſculæ, & membra iā
inde diſcretra, tum cætera oīa, tum ge-
nitalia conſtant, & oculi (ut in cæteris
animantibus) pgrandes, Eadem de cau
ſa ceruinum uterꝰ olim reſecauimus, in
quo hinnuli fœtus, minimi digiti lōgi-
tudine ex omni pte figuratus, uel maxi
me ceruo grandiori reſpōdebat, præter
oculos qui grandiuſculi erāt, uulua hu-
moris albi lenti plena, oui anſerini am-
plitudine, membra q̄ tenuiſſima ambiē
te, in medio humore ſublimis pēdebat
hinnulus, ex cuius umbilico capillamē
taris tenuitas ſanguinea, ad cutē ambi-
entem cōmitti uidebatur, Alimēti pro-

ximũ initium, albugo illa, quam fœmi-
ninum ſemen fuiſſe contẽderim, nõ ab
re à natura in utero cõtinet, ſine ſangui
nis mẽſtrui nota, ue℞ primas partes ſu-
as agit, quoad maior fiat fœtus. Teſtes
in fœminis ab utraq; parte reſimi ſunt,
leporinis ſimiles, ex quibus (ut alij arbi
trãtur) meatus alij ad uuluæ cauum ex
eunt generationi apti, quæ ſnĩa reſecti-
one ipſa facile oſtenditur.

De mulierum locis. *Caput* .XXIIII.

OStium uuluæ in muliere, ac in cæ
teris aĩalibus, naturam atq; os ge
nitale uocari uidimus. in medio tunicu
la utrinq; apparẽs, nympha, & cletoris
dr̃. Ea intus natura ita cuſtoditur, ut in
maribus glãs ꝑputij tergore, ut hoc pri
mo munimento aer arceat̃. Interior ꝑs
ceruix uocatur, in cuius medio ferè ner
uoſa exilitas eſt, uenulis diſperſa tenui-
bus, uirginitatis teſtimonium affert, eu
gion uel hymen uocatur: primo eĩ coi
tu ſcinditur. Naturalia interdum adeo
cõpacta ſunt à natura, ut chirurgi ope-
ra indigeãt. Partem interiorem matri-
cem, locoſq; appellamus, qui deſiderio

νύμφη. κλειτορὶς *Ariſt. 3. de hiſtoria a-maliũ lib. cap. 1. Pars uuluæ interior, inq̃t, loci & uterus appellatur: unde frẽs uterinos cognominamus. Hæc ille.*

coitus ſæpe deſcẽdunt: in ĳs quæ aceta-
bula ſunt, dicũtur. Quibus ꝑ umbilicũ
fœtus augetur, uulua nullam uim im-
mutandi ſeminis, ſed cõſeruatricem tm̃
poſſidet. Locoꝝ oſtium internum natu
ra glandoſum eſt, ad glandis uirilis ſimi
litudinem mucronatum, foras in cerui-
cem prominẽs ſuo turbine. In ceruis tri
plex oſtium eſt: ob eam cauſam graui-
dæ (quia dolent) coitum refugiũt, mu-
lieres uero adamãt, unde & qñq; ſupfœ
tãt. Vuluæ acetabula nõ oĩa ꝑfecta aĩa-
lia poſſidẽt, ſed cornigera & una parte
dentata, dum partum gerũt: ex utraq;
parte dentatis lepus, mus, ueſptilio hñt
acetabula. Sus uuluam leuem habet, et
conceptus uuluæ nõ acetabulis adhæ-
ret: ſemen itaq; trahi à locis uteri, atq;
ob eam rem multa generari pro nume
ro locoꝝ & acetabuloꝝ. ſæpe eñ eodẽ
in loco uteri, gemini conſiſtunt. Aceta-
bulis uuluæ ex ſecundis robuſtior adhæ
ret ea parte, qua confuſa quædam fibra-
rũ multitudo eſt. Vmbilici orificia ace
tabuloꝝ orificĳs reſpõdent, unde ali di-
cimus, Aſperitas eñ utrinq; fibraꝝ ori-

ficiorumq́ꝫ tenacitatem facit,ut in pari-
etibus fieri ſolet. Scalpunt em̃ prius, ut
cemẽtum ſuperinductum magis hære-
at aſperitati. Vmbilicus cum inuolucro
hoc eſt ſecũdis, functus officio,ab aceta
bulis abſcedit,ueluti pomi pediculus iã
maturi à ramo ſpõte cadẽtis. Ex ijs ace
tabulis à partu menſtrua ꝓfluunt:ſimi-
lis in maribus materia eſt, quæ in ſemẽ
genitale ꝑ concoctionẽ uertit̃. Mẽſtrua
de qbꝰ mox dicemus, cũplurimũ lunæ
motu ſingulis mẽſib. ꝓfluũt,q̊ ꝓfluuio
uirginib. uox mutat̃, ut ĩ maribus prio
coitu:mãmæ inde tumeſcũt. Hoĩ umbi
licus dũ naſcit̃, maior ẽ q̃ in cæteris aĩa
libus, quo tpe alimẽtum nõ reddit: id-
eo uenæ, arteriæq́ꝫ circum quas tunica
eſt,comprimũt ſeſe,& ob eam rẽ puer-
perij exitus opportune fit: nam in hoĩe
deligari oportet,quia imꝑfectior edit̃
partus,bruta uero robuſtiora, quæ ſta-
tim ꝓſiliunt,naſcunt̃. Locoꝝ oſtium in
cõceptu aperitur, & exinde clauditur,
nec amplius recluditur, niſi mulier ſuꝑ
fœtet,uel fluxionibus laboret,uel ſi mẽ
ſes fluãt,os id adeo occluſum eſt, ut aer

ſubire nequeat. Loci ipſi poſituram ha-
bēt inter ſpinæ imæ partem, quam os ſa
crū uocamus, ſupra ueſicam, cōtra me-
diam poſiti aluum, inde paulum ad de-
xteriorem coxam cōuertunt, poſtea ſup
rectum ītestinum ꝑgreſſi, iliĳs fœmini
busq́ꝫ latera ſua annectūt: rectam cū ue
ſica, cōtinuatamq́ꝫ ceruicem hn̄t, quem
canalem uocant, qui ceruici ueſicæ ſup-
poſitus, carnoſus, chartilaginoſusq́ꝫ ad-
modum eſt: is in prægnāte cōtrahitur.
Vulua in uirgine exigua eſt, in muliere
(niſi ubi grauida eſt) nō multo maior,
q̄ manu comprehēdi poſſit. Ea cordi, ar
terĳs, neruis, cerebro, ſpinæq́ꝫ medullæ
committit: præcordĳs item, mammis,
renibus, uētri, ilĳs, coxis, pubi, quæ oīa
in uuluæ ſtrāgulationibus ꝑcipiuntur:
quibus anima ſubducitur, uertigies ſen
tiūt, capillos in uertice uel occipitio cō-
uelli arbitrātur, lumbos præterea, femo
ra, inguia, et ſtomachum dolēt. gula itē
miro modo tumet, euidētiori in uiuēte
argumēto cōnexionis, ea uīcula in mor
tuis langueſcunt. Id alĳ certis uaporibꝰ
attribuūt, quos uulnerata ſtatim uulua

coarguit. In qua re oculos maxime do‑
lent, quædam obmuteſcunt, aliquibus
mẽtes ſoluuntur. Iliјs præſertim adalli‑
gatur neruulis quibuſdam retortis, qui
grauidis ꝓtendũtur. Nulla uena de ma
iore, recta uia ad uuluam ptinet: de aor‑
ta uero multæ frequẽtesq́ꝫ ueniũt. Eius
materia neruoſa eſt, rugoſa, pelliculoſa,
pollicaris craſſitudinis, quæ ad cnoce‑
ptus magnitudinem extẽdi poſſit. Qui
eo tempore acetabula uuluæ inquirũt
ad magnũ uulgi deſiderium, digna fru‑
ſtratione fruſtrãtur: uideri eñ minime
poſſunt, nec primo cõceptus tempore,
cum inuolucra (quæ ſecundas uocant)
robuſtius uuluæ adhærẽt. Tum eñ eui
dentius membrana ualentior p umbili‑
ci radices acetabulis (quæ cotyledonas κοτυλη‑
Græci uocant) committitur, quales in δόνες.
polypoꝝ cirris uidemus, qui ſuctu cum
aliquid capiunt, continẽt. Hæc accreſcẽ
te fœtu conſpicua, prope partũ minuũ
tur, ac demum abolentur, hæc conuexo
ſuo coniuncta ſunt cum utero, cauo aũt
ad fœtum cõuerſa ex Ariſtotele. In ipo
inuolucro ex ſecundis quædam carnoſa

extantia fibris referta minimis acetabu-
lis affixa, quæ ſanguinem & ſpm̃ ueluti
radicum fibræ exugunt, digerũtq́ per
uenas, & ad umbilicum uſq; deferẽ ſan
guis, ſpũsq́ per quem alimentum hau
rit fœtus. Gemini matrici ſinus ſunt, ab
utraq; laterꝝ pte leuit diſcreti (in dextra
maſculinum, in ſiniſtra fœmininum cõ
cipi uolũt) geminis in mare teſtibus re
ſpondentes, in uacca ueluti cornua plu-
rimum diſcreta ſunt.

Matricem ꝓ utero uſurpat, ut uulgus medicorum ſolet.

De *menſibus.* *Caput* .XXV.

DE menſibus mulierꝝ pauca dicen-
da reſtant, ac eoꝝ origine. Hi non
niſi ſemen incoctum ab Ariſtotele ap-
pellantur, ex ptibus quæ ſupra infraq́
renes ſunt, et à lumbis, minimis uenis ꝓ
deũt ad uuluæ acetabula, quibus fœtus
in utero alitur (ut ſæpe dictum eſt) uel
à puerperio iuxta naturaliũ ora: ex ue-
nis quoq; duabus ſecũdum os pubis iu-
xta urinæ exitum erumpunt. Ex ea pte
& fœminaꝝ non ꝓlificum ſemen in co
itu (ut dictum eſt) effunditur, tanto in
pleriſq; impetu, ut maſculoꝝ more lon-
gius exiliat, diuerſæ quidem naturæ ab

eo, quod in uuluæ cauo ꝓlificum reſta-
gnat, ut ſuprà latius cōmemorauimus.

De ano. Caput .XXVI.

ALui exitus anus dicit̃, ubi muſculi ſunt, quibus aſtringit̃, cum opꝰ eſt, aut laxatur: inibi uenaꝝ ora ſunt tanquam ex capitulis quibuſdam ſurgētia, quæ ſæpe tetrum ſanguinem fundunt, ſicut è naribus, hæmorrhoidas Græci uocãt. Eo ꝓfluuio purgatiōis uice utũtur, nec ualde imbecilliores ob id fiunt: ideo importune quidam curati, cũ ſanguinis exitum nō haberēt, inclinata in ꝑcordia ac uiſcera dira illa materia, ſubitis ac grauiſſimis morbis correpti ſunt. In eadem parte, quæ corona eſt & ſedes dicta, condylomata innaſcuntur tubercula quædam, quæ nũc dura, nunc mollia, quæ ex inflammatione oriri ſolent. Veꝝ ſi uetera & iam induruere, medicamētis cauſticis interdum adurunt̃. Mariſcæ item & rhagades anum infeſtant, cute circunciſa. Hos morbos laſciua luxuriæ ꝓcacitas, & æſtuans libido facit, non ſine naturæ & maieſtatis diuinæ iniuria, & utriuſq; lege calcata uitioꝝ in-

uentrix libido, quæ neglecta natura,di uerticula quæritat, hoc ẽ gn̄s humanũ perdere. Vtinam eoꝝ parẽtes eam dũtaxat Venerẽ nouiſſent. Anus ſicut & uulua ꝓcidit,quam ſedis procidentiam uocamus, uel ſedem conuerſam, quam ſtypticis retroagimus: ulcera itẽ & fungi,ſimiliaq́; innaſcuntur, quæ aduri ſolent. Hactenus de interaneis,quæ ſub p̃cordiis poſita ſunt, narrauimus. Nunc ad ea quæ ſpiritalia uocant̃, trãſeamus.

IN LIBRVM TERTIVM ANATOMICES, ALEXANDRI BENEDICTI *phyſici de membris ſpiritalibus,quæ ſupra præcordia habentur,* *Præfatio.*

SVPRA diaphragma, cor pulmonesq́; collocauit natura,ubi (ut inquit Plato) audacia,metus,fuga,cõſultores amentes ſedem qñq; poſuere,cũ implacabili ſæpe iracundia. Amor item intrepidus inuaſor, blanda ſpe ſocia,caſtra fixere. Quæ ſi peruerſa fuerint,uoluptatem malorum ſeminarium,& dolorẽ ſubinde parem cõſueue-

runt. At ſi fortitudo ediuerſo oĩm con-
temptrix mẽtis bonæ filia, cupidinis & uoluptatis iuſſa contempſerit, ubi ani-
mus fortè pallore terrẽtium obiectu p-
timuerit, ſanguis & ſpũs uenarꝝ nume-
roſam ueluti ſtipatorꝝ legionem ad im
perata ſubito accurrentem citat, tum ce
lerit metu diſcuſſo, ſua potentia animi fortitudo utitur. Pari modo ſi iræ uis ex ardeſcens ex improuiſo pmiſcet flagrã-
tes æſtus, pulmonum cum cauis fiſtulis ſpiritus reſpiratione cordis crebra refri
geratio continuo temperat ratio, unde iracundia alioqui implacabilis facile re
ſedit, cui in hoſtes uoluptates, & cæte-
ras animi perturbationes poteſtas data eſt ſapiẽtibus, qui animi fortitudine & corporis patiẽtia libero marte eminus librata tela alacres excipiunt, & comi-
nus incuſſos in cordis penetralia graui-
ores ictus iræ aut odij ppulſant inanes. In his tota philoſophia uerſatur, ac to-
tum bene uiuẽdi dogma morat ſedib9. Huic læta felicitas originẽ ducit, huic mortis terricula abigunt, atq; ad diuia mens ſublimis penetrat arcana. Ad has

partes hac nocte in hoc ipſo theatro pſentes eſſe uolo ſenatores meos ſapientes ex patritia gente Veneta, Bernardũ Bembũ, Antonium Boldum equites: Antonium item Caluum triumuirꝝ, Petrum Priolum ſenatorem, qui mecũ diuinam cordis officinam cõtemplentur, & arcana naturæ perquirant, iam pſpectis & compoſitis reipublicæ rebus, & domum feſſi, ſed hilares abeant.

De membris ſpiritalibus. *Caput* .II.

SPiritalia membra inter caput & uẽtrẽ ſedem obtinẽt: nam & cor (cuiꝰ gr̃a oĩa cõſtant) in medio eoꝝ collocat̃. Natura eñ rem nobiliorem locis nobilioribus conſtituere ſolet, ueꝝ potius ſuperius quã inferius, ac in parte priore q̃ poſteriore, potiusq́ꝫ ad læuã q̃ ad dextram nõ ſine ratione collocatum eſt, uiſceꝝ principale membrũ, quod in oĩbus aĩalibus conſpicitur. Nam cor caloris officina eſt, uitæ mẽtisq́ꝫ origo, ſanguinis ſpũsq́ꝫ pricipium. Omnium eñ partium primum, ſanguinolentum cõſpicit̃, ut in ouis triduo incubatis pũcti magnitudine apparet. Formato corpo-

re protinus quaſi alterum intus animal palpitare ſentitur. Thoracis pars ſupior pectus dr̃, inter lacertos homini cõſtitutum, latum, cordis & mammarum ratione coſtarumq; crate, cordi munimentum. Sed ab eo primum membro, quo ignobiliores à nobilioribus ptibus diducuntur, dicere incipiamus, hoc eſt à ſepto tranſuerſo. Demum membra quæ ore ipſo cõtinentur (quia huic parti & uentri accommodata ſunt) ordine dicent̃.

De ſepto tranſuerſo. Cap. III.

SEptum tranſuerſum ſub pulmone collocatum eſt, cinctum alij appellant, ueteres (q̃m cordi prætenduntur) præcordia dixere, diaphragma alij, Plato uero phrenas, ceu prudentiæ participes, mentiq; cõiunctas: unde quidã mẽtis ſubtilitatem accipi putauere, ideo ei nulla caro eſt, ſed neruoſa quædam exilitas, in medio præſertim, quæ ualida ẽ, coſtis inferioribus & ſpinæ, ubi. xij. uertebra ſita eſt, annectitur: ſedem cordis à uentre & ab inteſtinis dirimit, ut uitæ origo alui uicinitate excrementisq; inoffenſa ſeruetur, neue ciborum uapore ani

muſ ſupprimat̃. Hac de cauſa p̃cordiorum interuentu, quaſi pariete, diſtinxit nobiliorem ab ignobiliore parte. Hæc ſi pleniora eſſent carne, maiorem uaporis copiam & haberent & attraherent, huic titillationis origo. Nam ſolus homo titillatum ſentit inter animalia, qđ cutis tenuitate euenit, unde ſolus aĩalium ridet. Eſt enim (teſte Ariſtotele) titillatio, riſus præcordioꝝ ratione, quæ neruis (ut inquit) quibuſdam alas ſubit. Nã calore leuiter p̃cordia calefaciente mouet inuoluntarie riſum: ob id gladiatoꝝ ſpectaculis mortẽ cũ riſu traiecta p̃cordia attuliſſe uiſum eſt. Ea membranulis quibuſdam deorſum uerſus lienem à iecore diſterminãt, neq; id ſolũ, ſed ſurſum uerſus medium quoq; pulmonem diuidunt ac ſuſtinẽt: nam & in ſpirando iuuant, & in exonerando uentre uim habent, quam apocriticem uocãt. Læſis p̃cordijs aluus ſubſtat, uel ex inflammatione mẽs protinus, ac ſi cerebrum afficeret, omnino commota cernitur: unde phreniticis nomen.

Libro tertio de partibus animalium capite.10.

ἀποκριτικήν.

De mammis. Caput .IIII.

MEdium igĩt pectus à punico malo (ut diſſectionem ordine pſequamur) ad iugulum uſq; aperiendum eſt, cultroq́; cutis deorſum uerſus ad latera diripiẽda eſt mammarũ ratione: nã & mulierũ partes ſuis locis ptractandæ ſunt. Eæ ab utraq; pectoris parte extuberantes conſtitutæ ſunt, media his pupilla, adiũcta infantium cibo: mammis laxior cõtextus eſt, in quibus & adenes carũculæ glandoſæ & fungoſæ ſunt, cæterũ ac foraminulentæ naturæ, quod in cadauere aſſeruato euidentius conſpicitur. Maribus caro ſpiſſior eſt, in quibus lactis ſimile compertũ eſt. dum hæc cõſcriberemus, M. Maripetrus ſacri ordinis equeſtris tradidit Syrum quendam, cui filius infans, mortua coniuge, ſuperat, hubera ſæpius admouiſſe, ut famẽ filij uagientis fruſtraret, cõtinuatoq́; ſuctu lacte manaſſe papillam, quo exĩde nutritus ẽ magno totius urbis miraculo. Idẽ Ariſtoteles de lacte in maribus, ueruntamen, inquit, per ſuctum frequẽtiorem, uel multum prodiſſe aliquibus traditum eſt. Vidimus mulierem etiam

Lib. I. de animal. hiſt. capi. 12. In marib. etiã (inqt) lac fi

cum uirgo eſſet, cui qm̃ infœcũda erat, menſes ſubſtiterant, lacte ſp diffluxiſſe. Idem autor pilos in mammis mulierũ inueniri, ſi fortè in poculo pilum hauſerint, idq́ malum pilare tradit appellari, nec dolorem ſedari, donec pilus preſſus exeat, uel antè lacte exugat. Alij id negant, quoniã multa ſponte ſua gigni in corpore uideantur, quæ plerũq; malis medicamẽtis fieri arbitratur inſana uulgi credulitas: inueteratis eñ (ut inquit Galenus) abſceſſibus ob uarias humorũ qualitates, materiam ĩ calculum, harenam, ligna, carbones, amurcam, fecẽ, in ſetas porcinas, in aliasq́ iſtiuſmodi formas conuerti conſtat. Aliud malum peculiare mammis, coloſtratio uocatur, quam inhibet p mẽſem ante partum aloe ex roſacea ſæpe illita. Venæ illæ ab utero ſurſum aſcendentes (ut Galenus ſcribit) per cõfractum diſcurrũt, ut tardiori motu ſanguinis aptius cõcoquat, qui demũ adenũ uirtute albeſcit.

eri poteſt. & 3. itẽ li. capite .20. Quibuſdã etiã mulieribꝰ (inqt) natu maioribus ſuctu frequẽtiore lac p dijt.

Nota diligẽter quæ hic ab autore ex Galeno repetuntur.

De muſculis pectoris. *Caput .V.*

Muſculi circa mãmas plures ſunt, qui uiſu deprehẽdi nõ poſſunt

Quibuſdam pectus inſpiratione attolli tur, nonnullis deprimitur, reuocaturq́ circa p̄cordia. Et in ſupiori pectoris pte collo contigui, magis neceſſarij ſunt: læſis em̄ uix attollit̃ pectus. Alij id negāt, quoniam impedimētum nō arguit mē bri potētiam: impedire em̄ poſſunt, ſed ſoli conſtituere motū nequeunt: qm̄ uel pulmonis aut diaphragmatis id munus ſit, ex Auerroe. Alij musculi à dorſo incipiunt, alij item minutiſſimi ſunt paſſim diſpſi, qui inter coſtas collocant̃ ſingulas, quiq́ pectus modo attollūt, modo deprimunt, ſtaminis textum in latitudinem longitudinemq́ comprimūt, circa has partes acutiſſimus orit̃ morbꝰ pleuriticus, à latere dictus. Pectoris ps prior, quæ cum coſtis multa chartilagine committit̃, ſub iugulis ſtatim cōſtituitur: coſtæ uero, quæ inter ſe annectūtur ſeptenæ ſunt, longiores, utrinq; lunato ſinu. reliquæ em̄ quinæ ſunt breuiores, q̄ ut facere idem queant, nothæ dictæ, & rhoæ. Sūmus uero uterq; iugulus durus, ualens, & recuruus eſt, recuruisq́ capitibus lacunā efficit, ſupra quā

Et rhoæ, ex ſupuacuo adiectum uidetur.

Nota hic iuguli uocabulum κατ' ὁμωνυμίαν dici.

ea pars quæ iugulus dicitur. ijdem iugu
li ſuis capitibus iuxta humeros termi-
nant, paululumq́ motu brachiorum mo-
uentur, & cum lato oſſe ſcapularum infra
caput, eius neruis, ligamentis ſiue nexi
bus cõnectunt. Coſtæ ſub alis. xij. ſunt,
quæ ad ima præcordia & ilia perueniũt:
hæ primis partibus rotunde & leuiter,
quaſi capitulatæ uertebrarum trãſuerſis pro
ceſſibus, ibiq́ paululũ inſinuatis inhæ-
rent: Inde pateſcunt in exteriorem par-
tem, recuruatæ paulatim in chartilagi-
nem degenerant. Ea parte rurſus in ex-
teriora leuiter flexæ cum pectore com-
mittuntur: coſtarum ima maiore iam par-
te nihil niſi chartilago eſt, quæ mali pu
nici terminus eſt. Thoracis itaq; partes
priores, hoc eſt pectus, latera, malũ pu-
nicum dicta ſunt, quibus ſpiritalia mẽ-
bra continent. Ea pars non uno oſſe cõ
ſtat, ut ſuo flexu hõ ad neceſſaria opa in
curuet, ac reſpirari facilius poſſit. His
peractis, reſectores pectus mediũ uſq;
ad iugulum ſecant, adaptaq́ coſtarum
crate, pulmones apparent, ſed membra
na prius pleuretica referenda eſt, quæ à

lateríb.potius q̃ à pectore nomẽ habet.

De pleuretica membrana. Cap. VI.

SVb coſtis pãniculus firmior eſt,peritonæo ſimilis,pleuretica dicta,ſingulæ tamen coſtæ membranulis ſuis integunt. Huic mẽbrana annexa eſt,quæ medios diducit pulmões,& pectori ſpinæq́ꝫ annectitur,ut altera pulmonis pte læſa,altera incolumis ſeruetur.Hoc cauum uomica morbus pure implet,quæ raro à medicis curat. Sed ad pulmones tranſeundum eſt, qui cordis ſtragulum efficiunt, aereq́ꝫ frigido cordis feruorẽ temperant.

De pulmonibus. Caput .VII.

PVlmones in duas fibras diducunt, arteria in geminas partes ſe diuidẽte,intermedia membrana quadam,quã diſſeptũ appellauere,alĳ ꝓcordia. Pulmonibus ſpirandi officina data eſt,continue attrahens, ac reddẽs animam,alioqui homo ſtatim rumpit: qm̃ ex uolũtaria ac naturali uirtute compoſitus eſt anhelitus, muſculoꝝ cordis & pulmonis officio.Spiritũ pulmo, ut iecur ſuccum,commutat pro ſpũs uitalis alimẽ-

to,reliquum flatu fumoſo uel noxio,febrium pſertim uaporib⁹ emittit. Sinu ſuo cor continet pulmo,perpetuaq́ʒ reflagratione fouet,ſpongioſus, rarus, fiſtulis inanibus cauus pter uenas arteriasq́ʒ,ſpũs capax eſt, plurimum ſanguinis cõtinet. Quidam exanguem eſſe putant in cadauere decepti,qm̃ ſanguis ſtatim effluxerit:nam & plurimũ dimouetur, & fiſtula inflatus uiuentis poſiturã ægre refert. A collo ſtatim depẽdet,diſſepto medio diuidẽte, hunc ptenuis pãniculus ueſtit: catis animalibus domeſticis ualde foraminulentus. ab ultimis ceruicis uertebris incipit, in furnibuli figura,uel bubulæ(ut aiunt) ungulæ ad tertiãdecimam ſpinæ uertebram uerſus ſeptum porrectior definit,ita ut pectoris uniuerſi cauum compleat.

ἀρτηρία dicta eſt, ut eius nominis etymologia declarat, παρὰ τοῦ ἀέρα, τοῦτέστι τὸ πνεῦμα, τηρεῖν hoc eſt ab aere (qui et ſpiritus di tur) ſeruan

De trachea arteria. Caput .VIII.

BInæ ab oris faucibus canaliculæ coeunt,quaꝶ altera breuior exteriórq́ʒ eſt, tracheam arteriam uel pharinga Græci,Latini guttur uel ſpiritalẽ fiſtulam appellant. Altera uero longior,interiorq́ʒ eſt, Oeſophagum Græci & ſto

machum, Latini gulam & cibalẽ fiſtulam uocant, de qua mox dicturi ſumus. Illa à faucibus ad pulmones ſpm̃ tantũ, alioqui ſi quid ex improuiſo incidit, ꝑtinus ab ea excutit: Hæc ad uentriculum cibum potumq́ꝫ mittit, quanquam Platonem alioqui philoſophoꝝ primũ ad pulmonem potum defluere, inde in ueſicam arbitrantem, merito ab Eraſiſtrato medico reprehenſum conſtat. Platonis uerba ſubijciam: Pulmonem tegmẽ cordi adhibuerunt, molle primum atq́ꝫ exangue, deinde cauis intrinſecus fiſtulis ſpongiæ inſtar diſtĩctum, ut ſpũ potuq́ꝫ hauſto cordis ardorem, huiuſmodi reſpiratione refrigerio tepefaciat. Alibi item ipſum potus diſcurſum, quo pulmones ſub renes in ueſicã defluẽs: Hæc Plato; quem ſine anatomicis inquiſitionibus lapſum eſſe nõ dubitant. Per alteram eñ, hoc eſt gulam, tam cibus q̃ potus in uentrem, qui catocœlia dicit, ubi cibus potusq́ꝫ ſubigit, delabuntur. Per aſperã arteriam ſpũs duntaxat deorſum ſurſumq́ꝫ ab ore aut naribus reciprocatur, Ipſa arteria dura eſt dẽticulata aſpe

do: unde hoc loco τραχεῖα ἀρτηρία *latine ĩterpretari poteſt aſpera arteria, quale quidem ipſum guttur eſt. Sicut* ὀισοφάγος, *q per ipſũ cibus ĩ ſtomachũ feratur,* ἀπὸ τοῦ οἴσω, *qđ futurũ eſt uerbi* φέρω, *& à nomine* φάγος, *qđ uoracẽ ſiue comedonem latine ĩterpretatur.*

ritate, gulæ inhærens. cæteris partibus per ſe ad pulmonem pertinet: cōſtat ex carne & chartilagineis dimidiatis orbibus in c literæ figuram compoſitis, ea parte tãtum, qua gulæ committit: reliqua parte arteriæ circuli perfecti ſunt. Id de induſtria molita eſt natura, ne eſculenta craſſiora (cum delabuntur) impediri poſſint. Hæc pars tenuibus uenulis cernitur, ideo ſanguinis in eo exiguum eſt, ſurſum uerſus ad fauces iungit, foraminibus narium ſupponit, bronchon appellant, quæ in oris partē pateſcunt, unde fit ut cum potus in pulmonis tramitem deerrauerit, per nares effluat. Charthilaginoſa arteria ē, uocis cauſa, ut tradit Ariſtoteles: nam quod ſonat, leue ac ſolidū eſſe oportet. ante gulã poſita eſt, quia cor in priore parte collocatum eſt.

Ariſto. li. 1. de nat. aīa-li. ca. 16. A ſingulari (inqt) arteria, ptes in utrūq; pulmōis latus duæ dependent.

De uenis & arterijs in pulmone. Cap. .IX.

A Singulari arteria plures in utrãq; pulmonis partem diuidūtur, mox in minores intus ſemitas, inde ad minimas fibras ſparguntur, membrum uniuerſum complentes, quibus inflatis pulmones attolluntur. Dextra pars in

tres minores fibras diuiditur,ſiniſtra in duas tantum diſtinguitur,uenæ maiori à dextra parte,quæ maior ē,pulmo cō-nectiť, ex qua riuulos penè infinitos in omnes membri partes diſpargit. Aortæ ſiniſtra quæ minor eſt,coniungiť,et ei9 ramos pari modo diſperſos recipit, ita quod ſanguinis ſpiritus, & aeris riuuli minime continuanť, nec intercurrunt: quanq̄ poſtrema diminutionū præ ſua exiguitate uiſum effugiant, & obliterē tur:quæ ſi nimium diſtēto pulmone eli duntur,ſanguis ex ore prorumpit:pan-niculum eius quo integiť,miro naturæ opere pus,ſanies'ue,aut cruor, aut ſi qd aliud in pectus influit, penetrat: fibras fiſtulaſq; minimas ſubit, inde ad maio-res uſq; ad trachiam, ex qua purulentæ cruentæq; excreationes emittuntur, qđ in lateꝶ doloribus euenit. Ex pulmone phthiſis oboriť, & peripneumonia, a-ſthmaq;. Sed maieſtatem naturæ uel cō ditoris dei liceat in hac etiamnum par-te contemplari,qui in humano corpore miracula ſingulis diebus nobis oſtēdit: nam in pleuritico morbo cruentū pus

per urinæ meatum dare qñq; ſolet. Qđ Helio Baſſo Cymbriaci noſtri filio contigit in maxima morbi deſperatiõe, uel per aluũ aliqñ, ut ipſi uidimus, hoc magis mirũ eſt, quàm qđ acies ſcapelli fracta, dũ uenam imprudens ueniſeca cuidam incaute incideret, meatus diuerſos penetrauerit, poſtq́; aurem conſtiterit, ubi continuis ferè punctionibus percipiebatur, qua moleſtia leuari ſæpe à nobis quæſiuit. Supra fidem eſt, quod ipſi cũ in Creta eſſemus uidimus: Ruſticus in quodã ſeditioſo tumultu ſagitta circa dorſum ĩpacta uulneratus fuit, euulſa ſagitta ferrum intus ĩ thorace relictũ eſt: uulnus fruſtra perquiſito ferro medicus præſanauit, quod poſt biennium per inferna extulit, id miraculi gr̃a barbatæ figuræ duûm digitorũ latitudinis oſtentabat. Secundum em̃ diaphragma prius mucrone penetrauit, ubi pars carnoſior eſt, deinde ſecũdum inteſtina delapſum iuxta aluum ſenſim podicem ſecuit, uiamq́; ſibi ad exitũ fecit ſemiexeſum, de qua re magna medicorũ concertatio fuit; ſed de corde, cuius cauſa pul-

mo creatus eſt, dicendum puto.

De cordis principatu. Caput .X.

COr ſanguinis fons eſt & principiū calidæ humidæq́ꝫ naturæ, ut Auerroi placet, uel temperatæ, ſi Ariſtoteli credit. Homini infra læuam papillā tur binato mucrone in priora eminēs, ſumma uero dextrorſum ſpectat, qd̃ in cadauere plurimum dimouet. Vidimus quendam pugionis ictu interemptum, diſſecto pectore, rurſusq́ꝫ ꝑ uulnus pugione adacto mucronē neqꝫ cordis neqꝫ pulmonis uulneri reſpondiſſe. Tanta eſt in cadaueribus cum uiuentibus poſituræ differentia. In corde uitalis caloris nutrimentiq́ꝫ principium habet, iraſcētiæq́ꝫ ſedes. Pāniculi īuolucro firmo ueluti uagina operitur: id corpulentum, pingue ac neruoſum eſt, aquæ plenum, ut cor perpetuo madeat, ne in mouēdo tergus id impedimento ſit, ſed ut libere ac facilius palpitet. Pulmo ad cuſtodiā id ambit ut ſtragulum: tanta eſt uiſceris principalis reuerentia. Quod inter oīa membra ſolum uitijs non macerat, nec uitæ ſupplicia trahit grauiora. Cordi

(ut inquit Ariſtoteles) nulla bilis appro pinquare poteſt. qm̃ illud affectũ nullũ patitur uiolẽtum. Nã in hoſtia male affectum nunquam uiſum eſt, mortẽ ilico trahit læſum. Et cum cæteræ corruptæ partes ſint, uitalitas, cuius ſedes eſt in corde, etiam durat, inuolucri aqua exhauſta aliquo uitio, cor plus ſolito palpitat. Cardiacus morbus appellat̃, qui ad tabem hominem perducit, quod Galenus in ſimia ſua diſſecta pſpexit. Cor ipm̃ natura carnoſum ac muſculoſum, in ſummo pigue, ſine oſſe præterquam nõnullis aĩalibus inuenitur, ut in ceruorum cordibus. A corde oẽs uenæ maiores tanquã ex ſtipite oriri cernunt̃, quia in eo nullæ uenæ ſunt, reliqua membra ſanguinem nõ hñt niſi in uenis, tanq̃ in cõceptaculis. Et ſanguis ex corde ad uenas, inde ad mẽbra deriuat. In fibris autem iecoris aquoſa potius ſanies apparet, nec ſanguinis naturã habet, niſi prius in corde acceperit: arteriæq; ad iecur nõ pueniũt, qm̃ cordis peculiares ſunt.

Quibus magna ſunt corda. Caput .XI.

Conceptacula cordis (de qb⁹ mox

dicturi ſumus)quandam quaſi articula tionem, rimis capitis ſuturiſq; ſimilem habere cernunt, quanq̃ nõ ita ſit, quod ex pluribus partibus cor compactũ ſit, ſed articulationẽ notis quibuſdam tantum oſtendit. Exiſtimantq; ea animalia quibus magis ea articulata ſint, ſenſu præſtare: quibus minus, hebetiora. Mollia, ſenſu ualent, ſicut & caro: ediuerſo dura ac ſpiſſa. Grandiora uero, pauida ſignificant animalia. contrà quibus minora aut mediocria ſunt. In illis eñ cordis portione exiguum caloris ineſt, qđ in magno conceptaculo exoleſcat, atq; ſanguis frigidior fiat. Idem in uentriculis cordis atq; uenis contingit. Nam in paruo atq; magno domicilio tantũdem ignis non æque calefacit, ſed minus in magno: ita in his calor non pariter agit.

Plin. lib. II. cap. 57. de corde: Audacia (inqt) ſunt qb. paruũ, pauida qbus prægrãde ẽ. Huius rõnem talem reddit Ariſtote. lib. 3. de ptib. aĩalium ca. 4. Quoniam (inqt) calorẽ pportione cordis nõ habeãt, et parũ caloris ĩ magno conceptaculo exoleſcat.

Quare dextra manus ſiniſtra accommodatior ſit. Caput .XII.

CORdis fibræ quæ in ampliore pte ſunt, ad dextram uergũt, ppterea uehementiorẽ caliditatẽ eò infundunt: quare hominũ magna pars, dextra utũtur, ſi uero ad ſiniſtram; commodiori ſi-

niſtra utuntur, ſi in medio pectore pror ſus æquo libramento pendet, utrãq; ma num accommodatam reddit: hos æqui- manos, ambidextros Ariſtoteles uocat, Latini uero ſcæuas nominant, quod Vl pianus oſtendit.

Li. 2. de hiſto. aĩal. capit. 1. Solus aĩalium hõ ãbidexter naſcitur.

De cordis uentriculis. *Caput* .XIII.

COr ſinum duplicem habere tradit Celſus, quem plures ex noſtris me dicis ſecuti ſunt, dextrum ac ſiniſtrum. Ariſtoteles uero tantæ autoritatis eſt a- pud multa ſecula, ut quæ etiam non ui derint, eadẽ ſine experimento affirmẽt. Etſi duos tantum ſinus ſe uidiſſe dĳudi cent, tres tamen ineſſe fateanť. Hæc res in tota medicina magni negotĳ eſt, qm̃ ĳ Ariſtotelis ſentẽtia in uentriculorũ nu mero, meatuũ, locorumq; ratione lon- ge oberrant. Inter quos Galenus alioq uir doctiſſimus, in Ariſtotelẽ apud tot ſecula laudatiſſimum nimis quidem in- iuſte inuehiť. Nam is autor ita de cauis cordis in homine inqt: Cor habet ſinũ triplicem, maximũ in dextro latere, mi- nimum in ſiniſtro, medium magnitudi ne & loco inter utrunq;, omnes ad pul-

monē peruij: ſingulis eṁ ſuis cauis ſan-
guinem continēt ſine uenis, & ea ſeptis
diducunt. Ex cauis dexter plurimū ſan
guinis calidi continet, ob id pars corpo-
ris dextra calidior eſt, ſiniſter paṛ ſan-
guinis, plurimumq́ ſpũs frigidioris: nā
aerem ſubire cor certum eſt, qui ab tra-
chea arteria attrahit. Medius uero, me-
diocrem tū copia tum calore, ſed tenuiſ
ſimum atq; tēperatum (ut inquit) red-
dit ſpm̄: ab eo aortam originem ducere
non dubium eſt: nam cordis hūc ſinum
principium eſſe argumēto conſtat, qm̄
id maxime quieſcere debet, quod prin-
cipium eſt: tale aũt erit ſi ſanguis purus
ac mediocris, tum copia tum calore ſit.
Nā & poſitione in uiuente medius cer
nitur, & ſiniſter uenter tumētior eſt, nō
auris flaccida, ut in cadauere conſpicit:
elangueſcunt eṁ omnia, & loco dimo-
uentur. Minutiſſimis aĩalibus uētres ar
ctiores ſunt, ita ut unus q amplior eſt,
uix conſpici poſſit, reliqui ſenſum effu-
giunt: mediocrium animaliū ſecundus
eſt conſpicuus: in maximis uero ꝓſpici
omnes poſſunt. Sed ſinum ſpũs frigidi-

orís cum pulmone annexum, aerís rece
ptaculum (quod aurẽ ſiniſtrã nominat
Pollux) inter ſpecus non annumerant,
ſicut Celſus & alij poſteriores: inter quos
& Galenus noſter cõſtantiſſime in Ari
ſtotelẽ ſeuerius quàm par ſit, reclamat.
At Ariſtoteles naturæ non ignarus, du
os eſſe ſinus in mucrone tantum conſpe
xit, ſed cordís naturam altius cõtempla
tus eſt, nec aurium cordis ullam mentí-
onẽ facere uoluit. Quí eas in corde po-
ſuere, cadaueris tm̃ poſituram conſide-
rauere. At ille cautior ſolertiorq́; natu-
ræ functionem in uiuentibus aĩaduer-
tít: quod in brutis & maioribus anima
libus uiuentibus facile conſiderari põt.
Is uero philoſophus triplicẽ eſſe inquit
ſinum, dextrũ, in cõfeſſo, ſanguinis fon-
tem, & omnium maximum: ſiniſtrum
minimum, aerem à pulmõe hauſtum,
continentem, quem aurẽ ſiniſtram (ut
dictum eſt) imperiti nominant: mediũ
uero tum loco tum magnitudine, ac tẽ-
peramento ſpiritalis ſanguinis recepta
culum, unde uena aorta originem habe
re certum eſt, Omnes ad pulmones per

uios meatus habent, quoniam medius p ſiniſtrum ingreditur pulmonem, per arteriam uenalem, qui in maioribus aĩalibus conſpicui ſunt. Sed cum binæ aures in mortuis uideantur, cur quatuor igit̃ ſinus eſſe non credẽdum fit? Quibus facile occurri poteſt. Nam quod iuxta ſinum dextrum eſt, non ſinus eſſe poteſt, quoniam uenæ maioris ſtatim ueluti ſtipitis è corde exeuntis pars eſt, & eandẽ materiã uenæ maioris continet, nec ſp: qm̃ ad copiam ſanguinis exuperantem duntaxat cõſtituta eſt, alioqui uel in uiuentibus reſidet: nec ſeptum ullum, qd' à ſpecu maiori diducat, habet, quo diuerſam ſanguinis materiã arguat, quæ omnia in ſiniſtro folliculo ſiue ſpecu eẽ conſpiciuntur. Dextra auris uenæ maioris potius laxamẽtum eſt, non ſine ratione à natura compoſitum. Sed qui aures uocauere ſinum, ordinem, numerũ, ac ratiõem ignorauere. unde Galenus maximus alioqui medicorũ, & Auicenna pariter Arabs ad controuerſiam impudenter redacti ſunt. Ariſtotelis uerba ſubijciam, qui de auribus nullam men- Ex.3.de natu.aĩal.lib. cap.3.

tionem facit: Oritur (inquit) ex ampliſſimo ſupremoq; ſinu uena maior. deinde utpote (inquit) cum ipſe uẽtriculus cordis uenæ particula ſit, ĩ qua ſanguis reſtagnat. & de eadem: uena, inquit, maior ſua radice cor tranſigat, cum ſe promit. Hæc ſunt quæ de ſpecuum numero, natura, ac poſitione, pro loci cõditione breuiter dici poſſunt. Venæ deinde ac arteriæ circa cor feruntur à dextro & medio cauo, quæ ad utrunq; ſpecũ meatibus ptinent. Hinc ſpm̃, inde ſanguinẽ, mutuis uicibus reddunt, unde nec ſanguinem ſine ſpũ, nec ſpm̃ ſine ſanguine conſtare poſſibile ſit.

Quæ in dextro ſpecu contineantur, & de uenis eius. Caput .XIIII.

IN dextra cordis parte, ubi ſanguinis domicilium eſt, laxamentum id auri ſimile de induſtria ſitum eſt, ut ſuper uacaneum (quod ſuprà commemoratũ eſt) interdum ſanguinem recipiat, alioqui flaccidum, ac depreſſum iaceat: propterea finitimus non fruſtra habet̃, cum ſanguinis redundãtiam, cũ opus eſt, ita recipiat. In ſinu dextro (à mucrone eñ

reſecandum eſt) binæ uenæ intus appa rent, quarū altera (quanq̃ maxima eſt) ad iecur pertinet, uena magna dicta: ea cor impfectum ſanguinem recipit. Hoc eñ grandi ductu potius recipere q̃ tribuere credit: ob id ĩ eius orificio ternæ ualuulæ de induſtria à natura poſitæ ſunt, quaſi clauſtra quædam mobilia, q̃ per uices depreſſo corde in emittendo ſanguine tranſitum nõ penitus præcludunt: introrſum enim recludunt, diſtẽto uero corde ſanguis ſurſum uerſus attrahit. Sinus hic magnus neruulos carnoſiores intercurſantes cõtinet, ſicut & medius, laterū ſinus firmæ compages, ne nimio motu cõuellant. Eadem uena ingẽs iuxta cor amplior eſt, ut arbor iuxta radicem, & cũ cordis materia intus confundit. Iuxta portam riuulus quidã ab ea uena ad cordis fibras circumfert, ex quo alij exide tenuiores ĩ cordis ſubſtantiam ſpargunt. Alterū orificium ad pulmonẽ uenæ arterialis riuo, quo plurimo ſanguine pulmones abundant, ea eñ duplici membrana cõſtat (unde nomen) ne continenti pulmonis motu fa-

cile ſcindať, unde ſi quando rumpiť, ſan guĩs excerationes ꝑueniunt. Ante oſti= um huius uenæ triualuiũ eſt cluſile, qđ foras aperiť, introrſumq́ꝫ per uices peni tus claudiť, eaq́ꝫ ratione cõſtitutum, ut in reciprocando cor ſanguinem ualuu= lis apertis, ad pulmones uiciſſim diffun dat, ĳſdem clauſis dum attollitur, nihil inde recipiat.

De medio cordis domicilio. Caput .XV.

IN medio cordis domicilio uitalem ſpm̃ habitare dicunt, unde recta rati= one id firmius ualentiusq́ꝫ eſt. Nam & arteriæ omnes eam ob cauſam duplices ſunt circa fibras. Ex hoc cauo duo uena rum ora aſpiciunť, quoꝝ alteꝝ qđ ma= gnum ẽ aortæ iungiť, alteꝝ tenuius ad pulmones mittiť per ſinum ſiniſtrũ, qđ maius eſt mẽbris omnibus uitalem ſpi= ritum uſq́ꝫ ad digitoꝝ cacumĩa ſpargit, cõtracto corde. In huius orificio ternæ ualuulæ pari ratione conſtitutæ ſunt, et firmiores quidẽ, ſicut & neruuli intus, & membranæ, quæ omnia penitus præ cludunt, ut in retribuendo ſpũ facultas ſit, nulla uero in recipiendo ualuaꝝ op=

poſitu, quæ extrorſum præcluduntur. Iuxta radicem uena, ac arteria exigua eſt, quæ ſanguinē & ſpm̄ ultro citroq́ꝫ à dextro ad medium ſinum deferunt, quod diſſectionibus apparet, ut paulo antè dictum eſt.

De ſpecu ſiniſtro. *Caput* .XVI.

HOc ſiniſtro ſpecu, quem aurem ſiniſtram imperiti uocant, Græci ota, rugoſus, cauernoſus, minus q̄ cæteri carnoſæ materiæ, ad hunc arteria aerem mittit, pulmoni annexus, hinc arteria uenalis dicta ad pulmonem tendit: quoniam uenæ tunicā habet tenuiorē. Hoc tramite cordis feruor dū ſpiramus, refrigeratur: ex qua parte ſupflui fumeiq́ꝫ flatus, qui à corde feruntur, trāſmittuntur. Inter hunc ſinum & medium inter utriuſq́ꝫ cōfinia binæ ualuulæ ingētes oīm robuſtiſſimæ, neruulis frequentibus & duris applicatæ cordis parietibus totum orificium præcludunt, introrſum enim mouentur. Hoc biualuio cauum medium à ſiniſtro ſuperiori diuidit, uenaſq́ꝫ geminas ad geminos ſpargit pulmones, q̄ ad minimas fibras deſcendunt, in quas ὦτα, ὀ

aer ueluti præparatus ad cordis cauum ducit̃ ſiniſtrum, quod aere albeſcens intus cernit̃ ꝑ ſpiritalis ſanguinis mixtione. Ob id ualuulæ introrſum ſpectãt, ut potius recipiant q̃ retribuant. Nam in corpore frigiditas ipſa ad naturalem calorem temperandum neceſſario habet̃. Pulmonibus ac corde ſublatis, ad ſeptimam uertebram glandulæ ſimilis eſt carũcula, thymos appellata, humoris mali & ſuperuacanei capax.

Iulius Pol. πρὸς δὲ τῇ κεφαλῇ τῆς καρδίας ὄπισθεν κατὰ τὸν ἕβδομον σπόνδυλον ὑπέστι τις σὰρξ ἀδένι ἐοικυῖα ἣ καλεῖται θυμός.

De gula. *Caput* .XVII.

AT nunc gulæ ratio reddenda eſt, quæ poſt tracheã arteriam poſteriorem locũ tenet. Conſtat ex neruo & carne, ut extendi poſſit cum cibus ingerit̃, & cedat ne lædat̃ aſperitate cibi deſcendentis. A faucibus dependet continua, tum ſpinæ tum arteriæ nexu, & ꝑ ſeptum tranſuerſum in uentriculum finit, carnis ſpeciem referẽs: ab anguſtia & longitudine nuncupata eſt, tubæ per q̃ ſimilis, uel ad latitudinem, longitudinemq́ꝫ, ut tradit Plinius, lagenæ modo fuſa, in faucibus maxime dilatatur: pars quæ uentrem attingit plurimum ſenſi-

līs eſt neruoꝝ natura, quibus uomitio-
nes excitanť. Quæ broncho compacta
eſt,carnoſior cerniť,miniſtrā ciboꝝ uo- Ex Ariſto.
cant,alij diſpenſatricem Ob hanc Philo repetitū id
xenus Erixius collum ſibi gruis à dijs ꝑ ē, apd quē
cabatur. Sunt & alij Philoxeni, qui gu- ita legitur
lam ꝑter modum in uita excolūt, ſum- lib.3. ethic.
mumq́ bonum huic parti attribuunt, διὸ καὶ ηὔ
Apicij nepotis aſſeclæ,qui dotes ampliſ ξατό τις
ſimas,& patrimonia ingentia hoc gur- φιλόξε-
gite profudere. Hinc cenſoriæ leges eti νος ἐρύξι
amnum apud Venetos ſolennibus cœ- ος ὀψοφά
nis,ſylueſtrium animalium carnibus ꝑ γος ὢν τὸν
ter phœnicopteꝝ interdicentes. Ea du- φάρυγγα
plici membrana conſtat,uarioq́ uilloꝝ αὐτῷ μα
ordine, altera ſtamine per latitudinem κρότερον
procedente cibum expellit; qui cum at- γεράνου
trahitur,cedit nec lædiť; altera uero in- γενέσθαι.
terior deorſum trahit uilloꝝ oblongo
ſtamīe cibum: ea uis cathelctice dr̃, fau- καθελ
ciū peculiaris,qua in epulando craſſam κτική.
cōgeſtamq́ materiam per faucium an-
guſta farcim⁹: ea ſi in acutis morbis de-
ficit, mortem minať. In angina qñq; ita
afficitur, ut neq; cibus neq; potus trahi
poſſit,cibumq́ qñq; dūtaxat demittūt,

aut potũ. In deuorando em̃ guttur, cuius pars gurgulio eſt, ſurſum uerſus gulam trahit. Guttura quibuſdam Italiæ locis adeo fœde intumeſcunt aquarum uitio, ut pro mõſtris habeant: aduenæ nãque breui id uitium contrahũt. bronchocelen Græci uocant. Diſſectores in collo cutem diuellant, ut muſculi qui longiores ſunt, appareant. Iis uenæ grandiuſculæ hærent, quarum uis conſideranda eſt, deinde confracto mẽto maxillæ eluxãdæ ſunt, ut quæ in ore & faucibus cõtinent, clarius cernantur.

ἐπιγλωττὶς ſiue ἐπιγλωσσὶς minor lingua dicitur. Plin. li. 11. capi. 57. de lingua: Sub ea (inquit) minor lingua epigloſſis appellatur. Opa eius gemina duabus interpoſita fiſtulis &c.

De epiglottide & arteria. Caput .XVIII.

GVtturi epiglottis ſub ipſis faucib. quoddã operculũ linguæ poſtremæ annexum accommodauit, ne quid cibi potus'ue in alienũ delabat iter: quĩ ſpirandi meatus intercludunt. ſicut Anacreonti poetæ accidit, qui uuæ paſſæ acino necatus eſt. Sicut & Fabius prætor in lacte pilo hauſto ſtrangulatus, et ſi ætate noſtra Venetijs dum hæc cõderemus, anno à ſal. uniuerſali milleſimoquadringẽteſimooctogeſimotertio, Lucretiæ perque familiari noſtræ ſimile con

tigerit. Ea cum nucem ponticam dente frãgeret, oborto riſu, nux in ſpiritus meatum protinus reſpirãdo deuoluta eſt, moribunda ſtatim concidit, in eo ancipiti ſtrãgulatu ad interiores pulmonis partes impacta eſt, tũ minus affligi cœpit, unde nihilominus ſpũs grauior, ſonantiorq́ꝫ obſeſſo meatu audiebaẽ, tũ uitæ ſpem habere cœperunt, qm̃ confractis quibuſdã uenulis, uomica in pectore exorta eſt, quæ tandem perſanata, obſeſſis meatibus reciprocãtis animæ raucus ſonus etiamnum percipiẽ. Miro igitur opere id opculum conſtitutum eſt, quod linguam minorẽ Galenus uocat: eã ob cauſam duabus appoſita eſt fiſtulis, ut p uices aperiat, atq; integat. Chartilaginea eſt, imæ linguæ adeo annexa, ut diſcerni ullo pacto nequeat. Bronchus ĩ gutturis ſuprema parte ſitus eſt, pelliculare membrũ, muſculoſum, nervoſum, chartilaginoſumq́ꝫ, ut argutius ſit, in qđ percuſſus ſpũs, ſonus, aut uox ipſa pfectius elidatur.

De tonſillis & uua. Caput .XIX.

PAlato extremo, atq; intimo extãtes

ἀδένες græce, glã- dulæ latĩe.

utrinq; carnes ſunt (quas noſtri tõſillas & mala, Græci antiadas & pariſthmia dicunt, in ſue glandulas uocamus) eiuſdem ferè cum cæteris adenib⁹ naturæ: cum intumeſcũt, eodem nomine appellatur morbus. Quibus uomica uis ſaliuæ perpetua eſt, qua cibus commodius conficiť, & arteria madet. Gulæ annexæ ſunt tenuibus quibuſdam membranulis, quibus ſubeſt os, quod uocať hyoides ad ſimilitudinẽ y literæ, cui caput bronchi adalligať. Inter has uua palato ultimo, quæ ſoli animalium homini dependet, columella ab aliꝭs diciť, quæ ſi inflãmať, aut tumet, uuæ noĩe appellatur. materiæ fungoſæ eſt, diſtillationib⁹ capitis oppoſita, uoci neceſſaria: quæ ſi præcidiť, uoci ſplendorem aufert, ob id aduri ſolet: nam ꝑciſa difficulter ſanatur, unde oris graueolentia innaſciť, ac demũ tabes ſubit. Quoniam (ut tradit Alexander Aphrodiſieus) ea pars ſpm̃ primum temperat, ne ſtatim ad pulmones crudus deſcendat.

De palato. Caput .XX.

PAlatum tum cibo tum uoci neceſſa

rium eſt, cælum dictum, in quo ſaporũ intellectus eſt, ſicut & in lingua. Rectè q; cum cibus dẽtibus conficit ſub eo ca uo circumuoluit, crenis frequẽtibus cõ coctionem quandam pparantibus. Piſcibus adeo carnoſum ẽ, ut lingua à pleriſq; exiſtimet. Senſum ſaporũ præſtat neruus à cerebro deſcendens.

Iul. Pollux τοῦ δὲ στόματος τὸ ἄνω οὐρανὸς, id eſt, oris pars ſuperior cælum dicitur.

De lingua. *Caput* .XXI.

Lingua mentis ac uoluntatis nuntia, ob id Plato uenam, quam neruum uerius dixerimus, à lingua ad cordis ſedem tendere aſſeuerat: ea uocis articulatæ moderatrix eſt, cum epiglottis ſimplicis ſoni inſtrumẽtum ſit. Lingua de ſaporibus dijudicat ob neruos ſenſificos ex ſexta ſyzygia à cerebro deſcendẽte: etem̃ mouendi uis à cerebello poſteriori prouenit. Eſt em̃ guſtus quaſi tactus quidam. Fiſſura eam diſtingui non ſatis pſpicuũ eſt, ſed ex offenſione intelligitur, propterea partẽ alterutrã apoplexiæ morbo piclitari, & ĩ uuluæ quoq; malis nigreſcẽtem, altera parte illæſa continuis diebus uidimus. Diſſecta in longum, plures intus arteriæ uenæq; ui

ſuntur. Ea mediocris quæ nec nimium lata, nec nimiũ anguſta, optima atq; explanatiſſima habetᷓ: quæ conſtricta uocatᷓ, balbos, bleſos, atypos efficit. Natura rara eſt, fungoſa, atq; ſoluta, oſſi quod hyoides diximus uocari adhæret, cui q̃ſi adminiculo ſuſtentatᷓ. Motus enim ſuper re immobili fieri ſp ſolet. Sub ea frenum eſt, cui ſilentium & loquacitas attributa eſt, unde effrenis in conuitium tranſit.

Atypos. Sic apud A.Gelli. in exẽplarib. poſteriori-bus annis impreßis, legitur lib. 4. capi. 2. unde autor hoc loco mutuatus uerbũ illud uideri põt. Balbus aũt (inquit ille ex Sabini ſeu potius Labeonis ſnĩa) et atypus uitioſi magis quã morboſi ſunt. Quo tamẽ in loco Egnati-us aphthi-pus legen-dũ eẽ con-

De dentibus. Caput .XXII.

VArĳ in ore dẽtes ſunt, aduerſi primũ, qui lati acutiq; ſunt ut cibos ſecẽt, intimi duplices qui cõficiant, maxillares dicti: qui uero diſcriminant, canini appellantᷓ, partim acuti, partim lati: nam medium utriuſq; extremi particeps eſt, nouiſſimi genuini uocãtur, qui circitᷓ.xx. annũ naſcuntᷓ, multis & octogeſimo, quod ætate noſtra cõtigit, geniti & in palato quibuſdam cernuntᷓ. Antonĳ Boldi equitis filius dentes anteriores cũ maxillæ rheumatiſmo in pueritia fortè amiſit, quæ breui reſtituit natura. Marib⁹ plures q̃ fœminis ſunt, ex ĳs

quaterni primores dicunt, à Græcis temnici, & gelaſini uocant, q deinde quatuor caninis ex omni pte cingunt: ultra quos utrinq; tam ſupiores q̃ inferiores quaterni maxillares poſiti ſunt: præter hos ultimi ſunt, q̊s ſerò gigni diximus: ob id ſophroniſteras & crãteras uocãt. Priores ſicut & q canini nominant, ſingulas radices fundũt: maxillares aliqui binis, ternis, quaternis'ue nitunt radicibus, fereq; longior radice breuiorẽ edit dentem. Rectis dẽtibus recta radix, curuis flexa eſt. Omnes dentes oſſium naturam æmulant, qui tamen acuta pituita excauantur. ſoli ſenſum habent: nam frigore lædunt, & acrimonia ſtupefiunt. Primores ad uocis regimen conſtituti. Hos dentes cũ excidiſſent, Merula Alexandrinus noſter quidẽ p̃ceptor aureo filo ad pronuntiationẽ obligabat. Quibus pauciores & rariores dentes (teſte Ariſtotele) magna ex parte breuioris ſunt uitæ.

tẽdit, ductus fortaſſis cõiectura ex ipſa ſcriptura atypꝰ, quã in priorib. exẽplarib. inuentam corruptã cẽſebat ad iudicabát q;. Verũ iã hi et morboſi nedũ uitioſi dici poſſent. qppe ab aphthis ita dicti, à quo ulcera oris in infantibus plerũq; naſcuntur.

De labris & gingiuis. *Cap.* .XXIII.

LAbra oris pars extima eſt, ad potum, cibum, literas exprimendas,

pro tutelaq́ꝫ dentium neceſſaria: ea em̄ & uoces explanant. Nam producunt̃, contrahunt̃, & dilatantur uario muſculoꝝ intextu: ob id ad motum omnem ꝑ mouent̃ forinſecus euidenti cute, intrinſecus cuticula rutila integunt̃, quæ roſeo colore intra os circundat. Ea morientibus præterq̃ in epaticis, ex purpureo colore ſtatim in pallorem diſcolorant̃, rubore euaneſcente: ea cum gula copulãtur neruis quibuſdam, de quibus mox dicturi ſumus. Quapropter uomituris labia tremunt, inferiora præſertim: his oſcitamus, & ſi nimium, in uitium trãſit, quod oſcedo dr̃: ubi uero dentes infixi ſunt, multifida, rutila gingiua uocat̃. Hactenus de oris ꝑtibus diximus, quæ ſpiritalibus & naturalibus membris accommodata ſunt. Hinc ad cerebrũ corporis principale membꝝ tranſeamus, quod diſſectionis ratione inter poſtrema habitum eſt.

IN LIBRVM QVARTVM ANATOMICES, ALEXANDRI BENEDICti phyſici de membro animali, quod capite continetur.

De capite. Caput .I.

CApvt oſſe undiq; parũ firmo, carne, neruoq́; contextum (ut inquit Plato) imbecillius cernit in homĩe: qm̃ cæteris brutis ad ſentiẽdum acutius prudentiusq́; cõſtitutum eſt, ſed extremæ capitis parti neruos adiunxit ad ceruicis robur, deinde per oĩa membra & articulos reliquos contexuit neruos uel chordas, aut quas connexiones uocant. Itaq; nudo oſſe relinquendum nõ erat propter caloris frigorisq́; exceſſum, neq; rurſus carnis pondere ꝑ grauatum, ne obtuſum ſenſu efficeret, ſed cute deſiccata circa os firmum & leue reddidit. Alioqui quibus pĩgue, neruoſumq́;, ac carnoſum caput eſt, ualidioris ac diuturnioris (ut inqt) uitæ ſunt. Cæterũ natura de humano gñe conſultante, utrum diuturnius & deterius, an breuioris quidem uitæ ſed melioris effi

ceret:uiſum fuit uitam breuem melio-
remq́ꝫ,diuturna & deteriori eſſe omni-
no anteponendam.Hanc undiqꝫ cutem
calor naturalis pupugit & uias aperuit,
unde uiſcoſum humorem extra produ-
ctum,& in longum paulatim extenſum
punctionibus æqualē reddens in tenui
tatem capillamēti explicauit,ac ſub cu-
te reuolut9 humor radices egit.His igi
tur cauſis capilli in cute nati ſunt,qui ꝓ
pter coagulationem à frigido ſtatim fa
ctam duriores cute atqꝫ denſiores ſunt.
Tegmē uero ipm̄ ad cerebri tutelam cō
poſitum eſt,caluariaq́ꝫ ipſa ueluti ſphæ
ra oſſea quaſi torno facta cerebrum cir
cumſepſit,& eius uirtutes cæleſti ſphæ
ræ diuinas orbium animas tegēti ſimil-
limas. Hic uicaria medulla teres ꝑ cer-
uicis cardies rotulas uertebrasq́ꝫ ad imā
ſpinam deſcendens, ſeminis (ut inquit
idem autor)humani adiutrix, adeo ne-
ceſſaria,ut lapideo & articulari ambitu
circumuallata cōſiſteret,ad motum in-
clinamentumq́ꝫ idonea. Ad hanc men-
tis arcem contemplandam Hermolaus
Barbarus noſter,qui primas tenetur in-

Qui prias tenet inter

ter latinos, ac Antonius Cornelius primus apud nos philoſophus acceſſere, quoniam mentem ipſam animoſius ſemper excolunt cælicolis ſimiles, ac ſine huius uitæ ſordibus aïo candidiores.

latĩos, hoc eſt primas partes literarum, uel primas tenetur, hoc eſt patriarcha, fuit enim patriarcha Aqleienſis.

De intellectu hominis diuino. Caput .II.

COllum caput ſuſtinet, in quo cerebrum uiſcerum excellentiſſimum continetur cælo proximum. Hinc euidentius intellectus culmen altiſſimum habet, & humana ratio, quam effector mundi, molitorq́ꝫ deus per filium maxime ſibi proximam fecit. Hic imagines, cogitationesq́ꝫ proficiſcuntur, quæ etiã num diuini conſilĳ participes fieri ſolẽt quod ſanctis hominibus (etſi raro) concedit. unde præ diuinatione certa, mortales futura quandoqꝫ præſagiũt. Et in ſomno uiſiones futuroꝶ prænũciæ, euidentiſſimæ apparent, quibus immortalem animam eſſe non dubitamus, quæ nihil cum corporali actione miſtum habere dĳudicatur. Eæ uiſiones inſomniorum naturam non habent, quæ uino ac cibo diſtentis ſuperueniunt, occurſantibus quibuſdam falſis imaginibus. Cere

brũ, quod ſine ſenſu eſt, ſenſificæ tamen potentiæ inſtrumẽtum tradiẽ. In eo ſomnus cõſiſtit, q mortis imaginẽ refert, ꝓiectis ſine ſenſu mẽbris. Qui ſomnolẽti ſunt, & q noctes nõ circũſcribũt torpori uacãtes, uitæ dulcedine minus abũdant. Sõni cauſa ẽ, qm̃ frigidũ & humectũ eſt, & uapores in eo cõgeſti ſtatĩ defluẽtes, meat⁹ ſenſibiliũ uirtutũ obſtruentes. ſine ſenſu mẽbra iacẽt, & exĩde ſi modum nõ excedit, uires aſſumũt: oĩm frigidiſſimũ eſt ꝓ cordis tẽperamento. Solet em̃ natura ſemper moliri contra cuiuſuis exuperantiam auxiliũ per conĩuuctionem rei aduerſæ, ut exceſſum alteꝝ altero cõpeſcat. In uniuerſo em̃ corpore frigiditas ad temperandum naturalẽ calorem à natura data eſt, quod tactu percipiẽ, & ratiõe intelligiẽ: ſanguinis em̃ nihil habet, ſed ut ea quoq; pars modico potiatur calore, uenæ ad membranam membri inuolucrũ deueniũt, ex utraq; uena maiori & aorta. Et ne calor minus offendat, non paucæ amplæ, ſed frequentes ac tenues uenæ per anfractus ambiunt, ne ſanguis copioſus et

craſſus,ſed tenuis ſyncerusq́ʒ ſubeat eódem. Cerebrum terreæ & aqueæ naturæ eſſe conſtat,quod dum coquitur, indureſcat ſicceſcatq́ʒ,ut humor calore cõſumpto,terrena portio relinquat̃:ob id medulla non eſt,ſed ſui generis mẽbꝝ. Si humet uel areſcit,ſupra modum,afficitur,uel ſoluitur mẽs, uel commouet̃: ſi aquilone frigidius redditum eſt, poſt auſtri flatus,diſtillatiões fluunt. Vapor em̃ ſublimis cerebrum petit, qui ob mẽbri frigiditatem refrigeratus in humorem conuertitur : quod cælo imbribus euenire ſolet, uaporibus ĩ ſupiore aeris parte collectis:ſi magnũ cum paruo cõferre licet. Cum em̃ ex terra uel aqua uapor ex calore ad ſupremum aerem fertur,qui frigidus eſt, conſiſtit, denuo in aquam propter refrigerationem cõuertitur,ac demum in terram defluit.

Quæ cerebro contineantur. *Caput .III.*

EX cerebro neruoꝝ ſenſus quaſi interpretes nuntijq́ʒ reꝝ ſenſibilium pſpiciunt̃,magnaq́ʒ ideo ex parte in capite tanquam in arce collocantur. Ideo caput,quo ſenſus initium capiat̃, uideo

appellari, quod homini ꝑportione maximum eſt. Conſtat præter capilloꝝ tegmen, cute, membrana, caluaria, duplici item panniculo, cerebro, uentriculis, reticulo quodam uenaꝝ ac arteriaꝝ intercurrentium mirabili, & cæteris uenaꝝ anfractibus, neruis, & aliꝭs diſſimilaribus partibus, oculis ueluti, auribus, hiſq; ſimilib. ut ſuis enarrabimus locis.

De capillo. *Caput* .IIII.

CApillus homini plurimus eſt, regionum differentia durior aut mollior, aduerſus uim frigoris datus eſt. Ex humore excrementitio, ac fumeo uapore qui ex uniuerſo corpore fertur ad cutem, pili materia efficitur: ꝑ cutis qualitate modo duri, modo molles ſunt, modo albi, modo nigri pro cutis colore, ut in uitiligine: caneſcunt opti potius quã uento difflati, in temporibus incipiũt, pubes nouiſſime caneſcit. Capillus, ſupcilia, palpebræq;, congeniti ſunt. Poſt geniti ſunt pubis primum, mox alarũ, poſtremo barba. Defluũt capilli, ſed nũquam in occipiti. Supercilia defluunt, cui uitio nomen nõ inuenere. Mulieres

non tentantur caluitio, neq; pueri, neq; ſpadones. Pili poſt pubertatẽ enati, exciſis ſoli decidũt, præterq̃ pubis. Dictũ cuiuſdã græci ruſtici occurrit. Is quendam philoſophiæ ſectatorem ex improuiſo non ſine riſu interrogauit, quibus barba conſtaret? ille attonitus nihil reſpõdit. At ruſticus cauillatione quadã, ego, inquit, qui ruri maneo apte & cõmode dicam, qm̃ teſtibus continetˊ, atq; ita mentũ græca maieſtate barba cohoneſtari. Omnes præter palpebras excreſcunt ueloci⁹q; caneſcũt. Quibuſdam barba rarior eſt, ſed myſtax nũquam nudus eſt. Tabefactis pili creſcunt, capilli defluũt. Defunctis quandoq; augeſcũt, quod & unguibus euenit. Laſſis uenere congeniti pili maturius defluunt, poſt geniti uelocius prodeunt. Quibus uarices ſunt, minus calueſcunt. Cæci natiuitate non calueſcunt, qm̃ (inquit Alexãder Aphrodiſieus) caliditas in locũ trãſfertur proximum.

De cute capitis. *Caput .V.*

CVtis omnis ſenſu caret, præſertim quæ caput integit, qm̃ ibi nulla in-

terpoſita carne oſſi adhæreat: craſſior item natura eſt, ideo maiore radice nituntur capilli. Sub hac cute lentor quidã magis mucoſus eſt, q̃ alibi. Quibuſdam cutis ea mobilis eſt, à fronte ad occipitium, & ediuerſo, neruis quibuſdã ſummũ caluariæ penetrãtibus ad cutẽ.

De exteriori membrana caluariæ. Cap. VI.

SVb cute membrana eſt, quæ caluariam extrinſecus uelat, cui altera ex interioribus per ſuturas capitis annectitur, ne illa adhærendo cerebrum opprimat. Pro tegmine igit̃ à natura cõſtituta eſt, ut alio etiam uelamento caluaria ſeruetur illæſa. magnam eñ cum interiore membrana germanitatem gerit.

De caluaria. Caput .VII.

CVtis itaq; per lineas tranſuerſas ab occipitio per uerticem uſq; ad frõtẽ imam diuellitur cũ mẽbrana, tũ caluaria apparet, teſta ab antiq̀s dicta, quæ ex interiori parte concaua eſt, extrinſecus globoſa, quæ Spheroides à Græcis cognominat̃, ptes uero hemiſphæria: utrinq; lenis atq; plana in temporibus, duplex in fronte, ideo firmiſſima. Oſſa

ab exterioribus partibus dura, ab interi
orib⁹ molliora ſunt, inter quæ uenæ diſ
currunt, foraminulẽtam partẽ ſine me-
dulla conſtituentes, quibus oſſa ali cre-
dibile eſt. Suturæ in ea ſunt, quarꝫ nu-
merus incertus eſt, ſicut nec locus quí-
dẽ Hippocrate autore. Patauij uidimus
in anatomices ſpectaculo caluariam ſo-
lidam ſine compagibus: ea capita caní-
na dicuntur ob ſimilitudinem, quæ fir-
miſſima & à dolore tutiſſima eſſe tradũ
tur, iuncturasq́ꝫ pauciores capitis uale-
tudinẽ præſtare tradit Celſus: oſſa fra-
cta ſolidantur à quibuſdam, ab alijs exi
munt, inuicemqꝫ eorꝫ corporea duraq́ꝫ
cicatrix ſuccedit, infantibus ſinciput ſe-
rius admodum induratur.

Li. 8. ca. 1. de capitis par. Quo ſuturæ (inqͭ) pauciores ſunt, eò capitis ualetudo cõmodior ẽ.

De ſuturis caluariæ Cap. .VIII.

SVturæ ternæ ĩ ſummum uerticem
aſcendunt, coeuntq́ꝫ in figuræ trian
gulæ ſpeciem. Conſtat ſenis oſſibus ca
put, nonnullis octonis, quorꝫ bina ſunt
maxillæ ſuperioris & inferioris: hæc
mobilis eſt, ſuperior media oculorꝫ fora
mina et naſum diuidit, cerebrumq́ꝫ ſuo
interno proceſſu ſuſtinet dentium ordi

nem: ſuperior ſutura una claudit. Mala rum quoq; oſſa quæ à genis tegunt, in maxilla ſuperiori utrinq; continent, ſu turisq́; ad aurium oſſa bina minima fi niuntur: quæ leuiter diuiſa ſunt, una ſu tura continent, à priori tamen pte fron tis oſſi ſubeunti potius leuiter inſidere, q̃ per compagem coniungi uideantur. Poſt aures craſſiſſima ſunt, & maximos ictus ſuſtinent: proceſſus deorſum uer ſus emittunt: in tẽporibus uero tenuiſſi ma ſunt, ob id & periculoſa. Frontis os ſupra aures finit, mediosq́; oculos diui dit ſutura tenui, oſſi maxillæ ſuperioris conterminũ, ab auribus ſurſum uerſus ad uerticem ſerratis cõpagibus (ſtepha nitides em̃ dictæ ſunt) ferunt mira oſſis duritia, ut ignis ueluti è ſilice elidi poſ ſit. In ſuperciliȷs ac ſupra naſum ubi pa rum ſupeminet, duplex eſt, quibuſdam ſimplex. Os præterea occipitȷ quod ſe xtũ hactenus annumerat, ſuturis ad λ literæ figuram, claudit, unde labdoides dicitur, poſterius cerebellum operiens, ſuturas ſurſum uerſus ad uerticem traſ miſſa, Hæc pars infirma quoq; habet, re

liqua bina oſſa quæ octauũ numerꝝ cõ-
plent, ſupra aures ſunt, & capitis latera
dicunt, fronte ac occipitio minus infle-
xa: compagibus ad uerticem quoq; con
iungunt ad occipitium & frõtem. Cal-
uaria ipſa quatuor duntaxat oſſibus cõ-
ſtat, fronte & occipitio, quod epicranis ἐπικρα-
à Polluce uocat, duobusq; ſupra aures, νίς
lateribus. Horum ſuturæ euidẽtiſſimæ
ſunt, reliquæ fallaces dicunt. Cerebri
fundamentum ſiue baſin, eorꝝ (quæ de-
ſcripſimus) partẽ eſſe demõſtrauimus,
Sic ſuturarꝝ & oſſiũ locus & numerus
ſe habet. Hinc qua ratiõe medicorꝝ uſus
ſinciput ſoleat uel adurere uł abradere,
cum opus eſt, indicãdum. Manum imã
ſummo naſo ubi intercilium eſt, ſurſum
uerſus admouent, & ad bregma exten- βρέγμα
dunt, hoc eſt ſinciput, ſummum tñ digi
ti medij notant, acie ab utraq; parte di-
ducta: quod interiacet obſeruãt. Suam
nanq; menſuram ſibi quiſq; facit: & ita
compitũ trium ſuturarꝝ hoc modo in-
ueniri putant, coniectura interdum fal-
laci, unde ſeſe deceptum aliquãdo Hip-
pocrates palam profeſſus eſt,

De membranis interioribus. Caput .IX.

HIs partim perſpectis, partim ſola enarratione cognitis, indicandũ nunc eſt, quo modo ex ictu capitis aut lapſu, caluariæ fruſtum eximẽdum ſit, chirurgis præſentibus: quia & ipſi huic noſtro theatro intereſſe debent, ut cruor, aut pus, ſi ſubeſt, inde educat. Alioq apoſtemata, febris, neruoꝝq́ꝫ diſtentiones (ſpaſmi eñ dicunt) ac delirium deniqꝫ ſuperueniunt: aut eñ os abradunt non exiguo labore, aut orbiculari ſerra. His modis demõſtratis, caluaria tota à ſupercilijs ad aures in occipitium uſqꝫ, ſerra diſſecant: qua emota, cerebri quantitas penè, membroꝝ ꝓportione incredibilis, uiris p̃ſertim, ſpectanda eſt, duabus tuniculis uelãtibus, quaꝝ alterutrã rumpi mortiferum eſt. Superior ualidior eſt, ſuturis caluariæ adnexa, cuſtos cerebri appellata. Altera ip̃m cerebrũ ueſtit, q̃ tenuiſſima, atqꝫ infirmior. ilamidẽ Pollux uocat. Hæc uenas prætenues anfractu quodam coeuntes, undiqꝫ ſupra conſperſas cerebro continet, quæ membri materiam non tranſigunt, ſed ſuprà

Iul. Pol. de cerebro: qđ Græci ἐγκέφαλον appellant, περιλήφασι δὲ (inquit) ἀυτὸν μή

ferunturːob id ſanguine caret. Cerebri nanq; frigiditas peculiari ſuo munere ſpm̃ à corde uenientem tẽperat ꝑ ſenſifica uirtute conſtituẽda. Omẽta ipſa ꝑ tegmine data, carne uacant, ut uapores nec habeant, nec cõtrahant, & caluariæ craſſior annectit, ut nihil ponderis afferat. Eæ anterius cerebrum in duas partes diducunt, dextrã & ſiniſtram: unde heterocrania nomen habet, & anterius idẽ à poſteriori cerebello diſterminant, ſic em̃ uocatur, minus eſt ac durius. Inter has cerebri ptes quidam imperitus chirurgus, cum lapſum ex alto curaret, ſpecillum ad imam uſq; ptem impoſuit, ut ignari ſolẽt uana ꝑquirentes, cerebꝝ ꝑforatum putauit, cognito à phyſico errore, ſpecillum inter geminatas utraſq; membranas impoſuiſſe cognouit.

μήνιγγες δύο εἰσὶ, ἡ μὲν ἔνδοθεν ἐρυθροτέρα, ἡ δὲ ἔξωθεν στερεωτέρα, καλοῦνται δὲ καὶ εἰλαμίδες.

De his duabus cerebri mẽbranis & Ariſto. li.1. de nat. aĩal. ca.16. Continent id mẽbranæ duæ, altera oſſi adhærens, ualida: altera ipſum cerebrum attingens.

De cauis cerebri. Caput .X.

SVnt & in cerebro terni ſpecus, prioris gemini ſunt, tenuiſſima int⁹ circundante membrana: poſtremi uero cauum per ſe ſine membrana conſiſtit, ſed ſua duntaxat duritia conſeruat. Illi gemini conſtituti ſunt, ſicut & pleraq; mẽ

bra, renes, pulmones, aures, oculi: ut ſi quid alteri parti occurrat, reliqua illæſa ſuo fungat̃ munere. In cerebro em̃ uitalis ſpiritus, qui à corde ſurſum uerſus arterijs diffunditur, tẽperatur, atq; ſenſificam inde uirtutem (quam aĩalem uocant) recipit: quæ ex ijs cauernis ſpiritus ipſos, qui & ſpiramẽta uocant̃, ſenſibus, neruis, muſculisq; motus ac uarias potẽtias per membra diffuſas adminiſtrat: quæ ſi uertigine ſpontanea, aut p uim circumagendo corpus equo uel nauicula uel morbo (ut in uertiginoſis) turbata ẽ, humores & ſpiritus ſimul exagitet, unde functionibus ſuis deſtitutis, auditus, uiſus, motusq; mẽbrorum cũ uniuerſo corpore in ruinam prolabit̃. Cerebri materia paulatim ſecanda eſt, quoad internæ appareát cauernæ, quæ uiuentibus ampliores ſunt, in dextra ſcilicet & ſiniſtra parte: utraq; em̃ eiuſdẽ rationis eſt. Ambigunt tñ philoſophantes an geminas imagines ſiue ſpẽs (Cicero ſpectra uocat) referat uterq; ſinus, cum loco differant, neq; in aliquo tertio conueniant, ut oculis contingit: qui etſi

gemini ſint, unicam tñ repræſentãt for-
mam. In his em̃ ſenſuum nobiliſſimoꝝ
uires habentur: ex his cogitationis, æſti
mationiſq́ꝫ, atque intellectus potentia
adipiſcitur. In his qui communis ſenſus
dr̃, ſubiectoꝝ ſenſibiliũ cõcipit reꝝ ſpe-
cies. imagines uariæ ac diuerſæ hic for-
mant̃. Itaqꝫ huc uiſus, auditus, olfactus,
& cæteri ſenſus tendunt ꝑ tramites ner-
uoꝝ aut panniculoꝝ, & imagines ipſæ
ſuapte natura uł inuolũtarie occurrũt,
nec humani ſemper ſunt arbitrij. Imagi
natricem hanc uim ſiue phantaſiam uo
camus, quam quidam ex poſterioribus
diuerſas uirtutes falſò eẽ arbitrati ſunt.
Hanc ptẽ Nicolaus Leonicenus ac Lau
rentius Laurentianus nõ redarguẽt. Sẽ
ſus nanqꝫ communis de exterioribus iu
dicium affert. De locis autem haꝝ uir-
tutum nemo præter poſteriores philo-
ſophos mentionẽ facere auſus eſt. Quo
niã huiuſmodi cauernæ pteſq́ꝫ cerebri ſi
affectæ ſunt, ratio menſq́ꝫ ipſa confundi
uidetur. Vana nanqꝫ uidẽt, audiunt, co-
gitant & imaginantur, ꝑperamq́ꝫ diju-
dicant. Hinc uertiginoſi, lymphatici,

phrenetici, delirãtes, uel attoniti fiunt, alij comitialiter concidunt, alij repente obmuteſcunt.

De cerebelli ſinu. Caput .XI.

IN poſteriori cerebro euidẽtiori ſenſus inſtrumento, cauerna eſt amplior, in qua uis illa memoriæ ſita eſt ac uiget. Hic alij reminiſcentiæ locum faciunt. Illa continuata eſt imaginum conſeruatio: hæc quandoq; intercipitur: ijs duabus uirtutibus imagines ſiue phantaſmata ancillãtur. Alij tramiti medio eam (ut dicemus) uim reminiſcẽtiæ attribuũt. Cerebelli ſinus in ſummo latus eſt mucrone ad ſpinam uergẽte, figuræ obeliſci inuerſi: hac parte læſa lethargicus morbus affligit. Vnde nõnulli lr̃as obliti ſunt & parentũ noĩa, alter ex bile porracea, maliſq; inde uaporib. p̃ſentiũ librorum noĩa nõ tenebat, ſubito malo: q̃ ptinus reddita, memoria parit̃ reſtituta eſt. Ex eo ſpinæ medulla orit̃, tanq̃ neruorum plurimorum manifeſta origo, diuerſæ ab ipſo cerebro naturæ. Nam pinguis eſt, in coquendoq; mollior redditur: illud baſis dicitur cerebri, à Græ

cis parencephalis uocatur uel epicranis colore magis flauo. παρεγκεφαλὶς. ἐπικρανὶς.

De tramite medio inter utrunq; ſinum.
Caput .XII.

INter uētres anteriores poſteriorémque uia eſt utriſq; annexa, qua imagines (ut dicunt) utriuſq; ultro citróq; deferuntur. Hic quas aſſertiones & conſilia uocamus, fieri traduntur: hic intellecta recognoſcuntur. Renunciat em̃ imagines omnes memoriæ, atq; inde reportat reminiſcentiæ uires: uis eius uoluntaria eſt, fitq; pro hominis arbitrio. Hac uirtute opinamur, reminiſcimur, & aſſentimur, diſcernimusq;, ipſa comitante ratione: ea uirtute componimus reſoluimusque quæ in animo ſunt orationes. Ob id, ea uia cordi ueluti oĩm principio ſuprà conſtituta eſt: lumbrico em̃ terreſtri ẽ perq̃ ſimilis. Nã & colore rubida eſt, ut uermis arcuatim cõtrahitur, plongaturq; cum opus eſt. Sed quis hominum quæſo hæc indagauit? q̃s ſolertis ingenij hæc cõſecutus eſt? ue℞ ſit an falſum uita decreuerit.

De cæteris cerebri partibus. *Caput* .XIII.

PRiuſquã ea abÿcias, non minori cu
ra tria uidenda ſunt, quæ à medicis
indagatiõe ꝑtractata ſunt. Inter priores
uentres & medium tramitem quædam
extantes partes ſunt, fulcimenta dicta,
ex eadem cerebri materia conſtituta. In
ter item uẽtriculos, ueluti terreſtres lũ-
brici interiacẽt, neruulis utrinq; adalli-
gati: qui cum in longum porriguntur,
meatus à primo uentriculo ad tramitẽ
mediũ tranſeũtes claudunt: ſi uero con
trahũtur, ÿdem ductus aperiri credun-
tur: & ita ſpũs, quo imagines uehunt,
citro ultro'que diſcurrit. Sub his uero
quædã conchularis cõcauitas apparet,
in cuius medio foramẽtum eſt, quod de
orſum uerſus ad uiã palati extremi ex-
cretoriam deſcẽdit, unde pituitæ flucti-
ones à medio cerebro profluunt, & ſter
nutamenta prorumpunt. Eadem lacu-
na, undiq; rotundos ꝓceſſus habet, qui-
bus uenæ ac arteriæ ſuſtinẽtur, quæ ab
arteriarum reticulo mirabili ad antedi-
ctos uentriculos deferũtur. Secundum
eundem reticulum glandulæ quædam
prominent ſuperflui capaces.

De ſeptem neruorum ſyzygijs ſecundum ueteres medicos. Caput .XIIII.

CErebrum demũ om̃e ſenſim cum membranis duabus ſubiectis emouẽdum eſt, ne nerui qui inde oriuntur, loco ſuo auferantur. Septem em̃ neruorum ſyzygiæ à cerebro oriunt. Neruorum ſyzygiam uocamus, cũ bini nerui pariter emergunt, qui ſenſificum ſpiramẽtum ad certa membrorum loca tranſmittunt, ut ſenſum uicinis, & longe poſitis membris ſpiritali ſemita infundãt. Prima em̃ cõiugatio oculos petit, quas & uenas quidam uocant, ex quo colorum agnitio, & luminis & tenebrarum diſcrimen habet. Secũda in aures ſe diffundit cõtra Ariſtotelis ſentẽtiam, per quã innaſcit ſonorum notitia. Tertia naribus inſeritur, uim olfactricem miniſtrans. Quarta palatum tenet. Quinta ad linguam & ad faciem. Sexta ſtomachũ petit, cui maxime ſenſus eſt neceſſarius, ut appetat & ſuperflua reſpuat. Septima uero neruorum ſyzygia infundit ſenſum ſpinali medullæ, quæ compacta eſt, & ad imam ſpinam deſcẽdit; ſed de his cõ

iugationibus ueriora ſubiungemus. Priores medici ſyzygiarũ originẽ magis q̃ finẽ obſeruauere: at poſteriores conciſim rẽ cõſiderauere. Primam ad oculos ab ima pte prioris uentriculi cerebri pertingere: opticos eñ uocant, qui tñ prius ppter tenuiorem cerebri membranam tranſuerſi copulant: ubi ſpecies à binis oculis receptæ, una & ſimplex repſentatur: at diſtentis pter conſuetudinem oculis, & dimotis ſupioribus neruis, ut tranſuerſi coeant, res una duplex apparet. Ab his aliud par eſt, q graciles ſunt, durioris materiæ, mouẽdi uim afferũt. At Ariſtoteles alium numerũ aſſignat, cuius ſententia nunc reddenda eſt.

De neruis oculorum ſecundum Ariſtotelem. Caput XV.

Li.1. de natu. aĩal. ca. 17. Meatus (inquit) ab oculis terni ad cerebrum pertinẽt, ita ut maximi et

AT Ariſtoteles ita de neruis oculorũ refert: Ternos, inquit, neruos ab oculis ad cerebrũ ptinẽtes natura cõſtituit, ita ut maximi & mediocres ad cerebellum tendant, minimi ipſum cerebrum adeant. hi ppiores naribus oriuntur, maximi æqui diſtant, nec uſquã coire poſſunt; mediocres coeunt, quod

præcipue in genere piſcium apparet. et cerebro ſunt ĳ ꝑpiores q̃ magni: minimi ꝑquam laxo inter ſe diſtant interuallo, & nunq̃ ob eam rem poſſunt coire: Hæc Ariſtoteles. Oculoꝝ mẽbranæ cũ ĳs qui ad ſtomachum feruntur nexum habẽt, quoniam nulli ſine ſtomachi redundatione eruitur oculus.

Secunda neruorum coniugatio. Caput .XVI.

AT ſecunda cõiugatio ad aures terminat, qđ Ariſtoteles conſtanter negat. Ex ea ſenſorium auditus cõſtituitur, de quo ſuo loco dicem⁹. Si qua in his coniugatio apparebit, à toto dĳudicabitur theatro, qm̃ ea nuſquã apparet.

Tertia neruorũ ſyzygia. Caput .XVII.

HAec ad tubercula papillaria narium ꝑtinet. id molle eſt ſenſorium ex cerebri proxima materia quæ tenui omẽto integitur: odores em̃ ſentiunt, quoniam ſenſorium temperatũ eſt: inde ſternutamenta concitantur. Quibuſdam ea uis adẽpta eſt, ſicut Falleriæ Cõtarenæ noſtræ ex patritia gẽte. Quibus nares porrectæ ſunt, hi olfactu ualent: quomodo qui manum fronti admouẽt,

medio... ad cerebellũ tendant. Quid nam uocet cerebellum, id paulo ante prædictũ locũ ita deſcribit: Biptitũ oĩm cerebrum eſt poſtremũ q; iũgitur, qđ cerebellum appellatur. Qđ certe & tactu & ſpecie formã habet diuerſam. atq; id eſt qđ Græcis παρεγκεφαλὶς dicitur.

longius cernunt. Quibus grauiter olentia grata ſunt, id ex tuberculorum diſcraſia contingit.

Quarta ſyzygia. *Caput* .XVIII.

QVarta palatum tranſigit, ibíque obliteratur & ceſſat: alij ſextæ coniugationis neruos huc putant pertinere, quæ & linguæ ſenſum guſtādi tribuūt.

Quinta ſyzygia. *Caput* .XIX.

QVinta ad linguam partim ptinet, facieíque buccas mouet, partim ſeptimæ coniugationi annectitur: unde qui ultimam linguam tangūt, uomitiones concitant. Nam ex eadem coniugatione nerui ad ſtomachum tendūt, qui & oculorum membranis copulantur.

Sexta neruorum ſyzygia. *Caput* .XX.

SExta, ut denarrauimus, ſyzygia, ſimplex medulla eſt à cerebro poſteriori deſcendens, de qua ſequenti dicemus libro, unde ſuprà triginta neruorum cōiugationes oriuntur: hanc ſeptimam maluerim in ordine & poſtremam appellare, quoniam poſtremo loco exit.

Septima ſyzygia. *Caput* .XXI.

NOuiſſima neruorum coniugatio,

quam ſextā alij uolunt, à poſteriori pte
cerebri ad ſtomachum, præcordia, epi-
glottidem, ad utranq; gutturis partem
diffundit. Ex hac nerui cōſtituunt, qui
cōuerſiui uocant & uocales, qui rurſus
ſurſum ferūtur ad epiglottidē: ab aliq-
bus toni uocant, ad uocē neceſſarij, cor-
dis (hoc eſt uoluntatis) prænuntij. Reli
quū ex hac cōiugatione cū gula, maiori
ex parte annectit, diſpergitq; ad imum
uentriculum, ibiq; ceſſat. cæteṝ cū cor-
dis inuolucro copulat, neruusq; qui in
ſiniſteriore parte ſitum habet, omnibus
ferè membris, quæ ſupra ſeptum locan
tur, committit. Ex eodem em̄ caluariæ
foramento (ut res cognitu facilior ſit)
tres ſeparatim diſcurrunt nerui, quoṝ
primus ad muſculos ceruicis fert, & ad
linguæ poſtremum, alter uero qui ma-
ior eſt, ad ſcapulaṝ muſculos, & ad pro
pinquiora, ibiq; ceſſat: Poſtremus ad ſpi
ritalia (ut diximus) uiſcera certo trami
te iuxta uenas, quas ſphagitidas uoca-
mus, ibiq; committit. E regione ſum-
mi gutturis idem ramus quandam ner-
ui ſobolem ſpargit, quæ mouendi uim

σφαγιτὶ-δας, id ē, iugulares uenas. Sic enī uertit eas apud

Ariſt. Theodorus Gaza lib 3. de na. aïal. c. 3 σφαγίδες ergo non σφραγίτιδες. hæ uenæ dicuntur ἀπὸ τοῦ σφάττειν, id eſt, à iugulando.

gutturi eiuſq; ptibus tribuit: reliqua ps eiuſdem ad præcordia, retroq; fert, unde cõuerſiuos neruos uocamus, quibus conciſis homo ſtatim obmuteſcit, & in flammatis uox afficit. Hi nerui nõ ptinus à cerebro ad uocis officium à natura conſtituti ſunt, ꝓpterea quia conueniẽs iter non eẽt, ut qđ deorſũ cõducere oportet, ĩ ſupiore pte ſit. Melius igit ẽ, ut prius ad ꝑcordia deferant, rurſusq; ſurſum ꝓcedant. Quare maiorẽ (Galeno teſte) duritiẽ obtinẽt, robuſtioresq; fiunt, quo magis à cerebro ſui initio diſtãt: qua de cã quo breuiores, eò molliores ſunt nerui: Ii igit duriores à cordis calore facti, uoci cõmodiores reddunt, alioq cõtinenti ſermõe facile opprimerent: cerebro cordiq; nõ ĩmerito copulant, ut ab illo in quo ſenſifica uis ẽ, atq; cogitatio, & ab hoc in q̃ mens ipſa, atq; animus ĩhabitet uolũtatiq;, & animi cõceptib. ſine internũtio parere poſſint.

De ſyzygijs alia obſeruatio. Caput .XXII.

SYzygias alij alio modo obſeruauere, ut curſim referam⁹, binas ad oculos deferri, unam ad nariũ tubercula, ad pa

latum aliam, quæ utrinq; iuxta dentes finitur,quæ aliquibus aĩalibus duplex, quibus maxillæ longiores ſunt, aliã ad buccas et labia,q̃ ad oculos ſubterlabit̃, exitq; ſub medijs oculis,una ad linguã. Auribus nihil rñdet à cerebri materia, ſed à membrana tm̃. Alia ẽ,quæ p ſpinã interfluit. Alia itẽ quæ maxillæ inferiori motum p̃ſtat. Alia iuxta ceruicis originẽ ad colli robur. Præter hos neruos q̃dã ad ſupremã caluariã ferunt̃, q̃bus cutis capitis,ſed paucis mouet̃, alijs ad aures,ut mobiles fiant,quibuſdã ad ambo ſupcilia,aliquibus ad alteꝝ dũtaxat, ſed hi ppetui nõ ſunt: ſic em̃ coniugationes quantũ ad ortum eaꝝ cõiugatim p cedunt:attamen ad membra multifariam deferũtur ad ſtomachum,linguam, præcordia,epiglottidem retrocedẽtes.

De reticulo admirabili. *Cap.* .XXIII.

CErebro ſubeſt utraq; membrana,q̃ circũambit:deĩde os caluariæ ſubiacet,q̃d fũgoſum ẽ,ut leuius ſit:in medio cuius excretoriũ foramentũ ẽ. Hac uenæ arteriæq; ad cerebrũ ptinẽt, q̃ iuxta aures ferunt̃, atq; in p̃tenues ramos

ſpargunt, & membranā cerebri cuſto-
dem ſubeūt, cācellatim in cōtextum re-
ticuli modum fibris coeūtibus perq̃ exi
libus. In eo uitalis (ut dictum eſt) ſpūs
effuſus, à cerebri uirtute in ſenſificū ſpi
ritum commutari haud dubio credit à
medicis nr̄is. Alij in cerebri cauis hunc
fieri putant, ex uenis, & arterijs q̄s ſpha
gitidas ſiue iugulares ac parotidas uo-
camus, ferunt, & ad membranam tenu
iorem ſpargunt, qm̄ cerebrum omnino
expers ſanguinis eſt, in quod nulla ue-
na ceſſat.

De capitis oſſe ualidiſſimo. *Caput* .XXIIII.

OS præterea ualidiſſimū, quod ce
rebri fulcimētum eſt, ad ſenſoriū
olfactus pertinet: ubi ſuperciliorꝫ ſinus
ſunt ſiue foramina, quæ duplici oſſe cō-
ſtant. Ii ad nares deorſum uerſus ferun-
tur, ſupq́ꝫ eos os frontis finit: ab oſſibus
ſupioris maxillæ ſuſtinetur. Imū os ner
uorꝫ coniugationes penetrant, & dupli
ci ualle infra tēpora cauatur, iugo me-
dio eminēte, quod occipitis eſt ꝓceſſus
ſupra foramen ſpinæ medullæ, utrinqꝫ
os duriſſimū lapideumq́ꝫ, iugale uoca-

